# ANDREÆ DALNERI V. I. D.

## *TRACTATVS*

# DE IVRE HOMINIS:

*Quo de præcipuo vtriuſq; ſexus homini pro ætatis diuerſitate competenti Iure ſuccinctè agitur.*

Cum Elencho Capitum, Summariis, ac Indice locuplete.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE




*FRANCOFVRTI*
Typis Nicolai Hoffmanni, Impenſis
Ionæ Rhodii.

ANNO M DC XIV.

NObilitate, doctrina, & virtute præſtantiſſ. viro Dom. Ludouico Weningio, ſereniſſ: principis ac Dom. Dom. Ferdinandi Archiducis Auſtr. Ducis Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, &c. Cam. aul. conſiliario, &c.

*Andreas Dalnerus V. I. D. necnon in excelſo Auſt. inferioris Regimine Aduocatus*

*Hunc de iure Hominis Tractatum amicæ neceſſitudinis ergò*

D. D.

*Viennæ Auſt. 12. Iulii, Anno 1614.*

# AVTOR AD LECTOREM.

HErmogenianvs veterum Iuriſconſultorum haut vltimus in Epitomis ſuis hoc elegans poſuit Axioma: *Hominum cauſa omne Ius conſtitutum eſt*; veluti innuit *l.2.in princ ff.de ſtat.hom.* Id quod Imp. Iuſtinianus Inſtitutionibus Iuris inculcauit his verbis: *nam parum eſt, Ius noſſe, ſi perſonæ, quarum cauſa conſtitutum eſt, ignorentur. Inſt.de iur.nat.gent.& ciuil.§ fin.verſ.nam parum.*

Quinimo anſam mihi præbuit, vt hanc de homine atque eiuſdem Iure tractationem ſuſceperim.

Conſtitueram equidem, priori Tomo de Homine tribus libris vtcunq; abſoluto, poſteriorem Tomum de Iure, quod in vtriuſq; ſexus Hominem cadit, fuſius exact: usq; cum ampliationibus & limitationibus tractare.

Verum cum opere feruenti ex quorundam Doctorum ſcriptis ſuis inſertis allegationibus animaduerterem, D. Fridericum Pruckmannum I C. præter alias lucubrationes Repetitionem *l.in multis.9.ff.d.tit..de ſtat.hom.* in lucem edidiſſe, etiam facile diuinarem, ipſum tam maſculis quam fœminis competentia Iura in eâdem pertractaſſe, vela contraxi, ac quaſi σκιογραφίαν ſeu adumbrationem conatus mei delineans, è longinquis terris quodam Exemplari mihi tandem allato Lectorem eo pro vberiori informatione remiſi. Proin non diffido, quin veniam, quod hunc Tractatum non, vti decuerat, ipſeque, ceu dixi, propoſueram, perfecerim, haud difficulter ſim impetraturus.

Decaſti-

## Decaſtichon Auctoris ad Lectorem.

*Quis ſit Homo, quodnám vel ei ius cõpetat, iſthic*
*Pluribus oſtendit, Lector amande, liber:*
*Plurima clarorum voluẽs monumenta virorum,*
*Quem compilaui ſedulus inſtar apis.*
*An prodeſſe queat, vel delectare, legendo*
*Multoties ſolers experiere quidem.*
*Sed quod chalcographo tandem committere prælo*
*Annuerim, effecit publicus vſus idem.*
*Reddi num grates tali pro cunq; labore*
*Fas ſit, iudicium te penes eſto, meo.*

## ELENCHVS LIBRORVM, eorumq; partium.


Lib. 1.

*De Homine in genere.*

Pars 1.

*De diſtributione operis.*

2.

*De eſſentiâ hominis.*

3.

*De primarii Hominis effectrice cauſa.*

4.

*De primarii Hominis materia.*

5.

*De humana forma.*

6.

*De ſecundarii Hominis efficienti & materiali cauſa.*

7.

*De πολὺτεκνίᾳ ſeu multiplici fœtu.*

8.

*De fine Hominis.*

9.

*De hominis cum homine ſocietate.*

10.

*De hominis cum homine ſimilitudine.*

11.

*De hominis vita.*

12.

*De hominis morbis.*

13.

*De hominis interitu.*

14.

*De Sepultura.*

15.

*De luctu.*

Lib. 2.

*De homine in ſpecie ſcilicet de Mare.*

Lib. 3.

*De fœmina.*

Lib. 4.

*De Iure vtrique homini ſiue ſexui competenti.*

Pars 1.

*De iure vtrique homini ſiue ſexui ante vitam debito.*

2.

*De Iure vtrique homini vel ſexui intra vitam competenti.*

3.

*De Iure vtrique homini ſexuive poſt vitam conceſſo.*

Lib. 5.

*De maſculeo Iure.*

Pars 1.

*De meliori maſculi Iure.*

2.

*De deteriori maſculi Iure.*

Lib. 6.

*De fœmineo Iure.*

Pars 1.

*De meliore fœmina Iure.*

6.

*De fœmina deteriori Iure.*

# TRACTATVS DE IVRE HOMINIS.

## Tom. I.

## Lib. I.

## DE HOMINE IN GENERE.

### Pars I.

### De diſtributione Operis.

Svmmaria.

1 *Omne ius Hominis gratiâ conſtitutum.*

2 *Homo digniſ. creaturarum.*

3 *Parum eſt, ius noſſe, ſi perſona, cuius gratiâ id conſtitutum, ignoretur. Parum etiam, ius in ciuitate eſſe, niſi ſint, qui ipſum reddere queant.* ibid.

4 *Homo iuris, cæterarumq; rerum finis.*

5 *Propoſitio.*

6 *Partitio operis.*

1 OMne ius quoque causâ Hominis ( qui eſt digniſſimus creaturarum, *gl.l.iuſtiſſime.44.verb.dignitatem.ff.de ædil.edict.gl.nouell.c.21.verb.ampliori.* Lud. Schrad. *tract.feud.part.10. Præamb.n.29.* Cic. *de Finib.* Leuin. Lem. *de occult.nat.mirac.lib.1.cap.2.*) eſt conſtitutum, hoc eſt, totum ius propter hominum vtilitatem eſt introductum: ſi cauſam finalem reſpiciamus. *Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. §.fin.verſ.fin.ibi:quarum causâ conſtitutum eſt.& l.2.ibi Ioh.in Oldendorp. & Coraſ.ff.de ſtat.hom.* Pet.Greg.Thol. *Syntagm.iur.vniuerſ.part.2. lib.7.c. num.1.*

1. *num.2.* Claud.Cantiun.*paraph.d.§.fin.ibi: nihilq; in hoc vniuerſo mundo creatum ſit homine dignius:* cuius etiam gratia ac bono, vt reliquæ res omnes, ita leges ipſæ ac iura couſtituta ſunt. vide 1.*part.prox.n.6.& part.* 8.*num.9.*

Parum etiam ius noſſe, ſi is, gratia cuius illud eſt cōſtitutum, ignoretur. *d.ver.fin.* Item parum, ius in ciuitate eſſe, niſi ſint, qui illud reddere poſſint. *l.2.§.poſt originem. & ibid. Iohan.Coraſ.ff.de orig.iur.* 3

Siquidem homo iuris, reliquarumque omnium rerum finis eſt, & particeps. Petr.Gregor. *cap.1.n.3.& part.1.lib.1.cap.9.n.*4. 4

Quare hoc in Tractatu, quiſnam homo, & quodnam eius ius exiſtat, nobis diſquirere placet. 5

Diſtribuemus autem Tractatum in duos Tomos, quorum *prior* continet tres libros, & illorum *Primo* agitur de homine in genere: *Secundo*, de eodem in ſpecie, & quidem Maſculo: *Tertio* de fœmina: *Poſterior* itidem complectitur tres libros: in quorum *primo* de vtrique homini ſeu ſexui communi Iure: *ſecundo* de iure Maſculi: *tertio* de iure fœminæ tractatur. 6

## PARS II.

## De eſſentia Hominis.

### SVMMARIA.

1 *Synonyma.*
2 *Ab humo Homo dictus.*
3 *Cur veteres Hominem φῶτα nominârint.*
4 *Quare Homo μικρόκοσμος dictus.*
5 *Quid Homo?*
6 *Homo præſtantiſſ. animal.*
7 *Homo anima & corpore conſtat.*
8 *Corpus pro tempore mortale.*
9 *Corpus de terra ſumptum: anima abſque materia facta.*
10 *Corpus terreno, anima cœleſti pane ſouetur.*
11 *Homo ſecundum corpus dicitur corporeus, vel exterior: ſecundum animam incorporeus, vel interior.*
12 *Animæ vis ſuperior mens, inferior ſpiritus.*
13 *Solus Homo rationis cogitationisq; particeps.*
14 *Homo cum celeritate mentis, tum ſenſibus ornatus.*
15 *Homo an & quatenus à iumentis differat.* & n.16.

17 *Quamobrem Homo erectus ſit.* & n.18.19.
20 *Nullum animal, præter hominem, Dei notitiam habet.*
21 *Nemo Templis Diiśq; carentem vrbem vidit.*
22 *Homo ex ſexu in maſculum & fœminam diuiditur.*
23 *Hermaphroditus tertium genus conſtituit.*
24 *Nonnulli inficiantur, appellatione hominis fœminam contineri; ſed confutantur.*
25 *S.Sulpitius appellatione hominis fœminam complexus eſt.*

1 IDEM ſignificant Homo, homulus, homululus, homunculus, homuncio, perſona, mortalis, terrigena: ἄνθρωπος, ἀνθρωπάριον, ἀνθρωπίσκος, πρόσωπον, βροτὸς, φῶς, μικρόκοσμος, &c. Vide Petr.Gregor. *Synt. iur.vniuerſ.part.2.lib.7.cap.1.num.4.& Syntax.art.mirab.lib.9.cap.1.* Cic. & Calepin.*paſſim.* Pet.Frid.Mindan.*partit.dial. lib.1.cap.11.ibi: differentiæ indiuidua.*

2 Ab humo homo dicitur; quia protoplaſtus (ſcil. Adam) ex humo, id eſt, terra lutove efformatus fuit: *1.part.4.n.1.* quibus accedit Iſidor. *Orig.lib.11.cap.1.*

Veteres hominem ideo φῶτα appellarunt, quod inclareſcendi à naturâ ei amor ſit inditus. Melch. Iun. *quæſt.polit.part.1.quæſt.7.* Vide Cœl. *antiq.Lect.lib.9.cap.19.*

3 Μικρόκοσμος ob externum internumque ornatum atque ampliſſimas dotes Homo dici meruit: quod in eum cumulatiſſime omnia profuderit munificus ille rerum parens atque opifex Deus. Leuin. Lemn.*de occult.nat.mirac.lib.1.cap.2.* vide Cæl.*antiq.Lect.lib.13.cap.30.* Pet. Gregor. *d.cap.1.& d.Syntax.art.mirab.lib.8.cap.2.* Pet. Heig. *Com. Inſt. de iuſt.& iur.in princ.num.10.* Theodor.Zvvinger. *Mor.Philoſ.Poet.lib.15.cap.2.in princ.*

4 Eſtque Homo animal rationis particeps, conſtans anima & corpore conueniente ſibi. Cic. *lib.1.offic.* Leuin Lem. *d.cap.2.* Pet.Gregor. *d.Syntagm.iur.vniuerſ.lib.7.cap.1.n.1.& d.lib.9.cap.1.* Cæl. *antiq.lect.lib.11.cap.45.* Iuſt.Lipſ. *de conſtant.lib.1.cap.5.*

5 Homo etenim præſtantiſſimum omnium animalium, & vere ſolum dictum eſt, ob perfectam formam, Animal. Pet.Gregor.*d.Syntax. art.mirab.lib.33.cap.2.* Vide eiuſdem *de Republ.lib.4.cap.2.n.1.* & *ſupr.part. prox.num.2.*

6 Et Homo duabus potioribus partibus eſt compoſitus, Anima ſcil. & corpore, vt *ſupra num.5.* meminimus. Petr. Gregor. *com.in proleg.d. Syntax.*

*Syntax.art.mirab.c.5.& lib.11.cap.7.ibi: in homine forma.* Item, *d. Syntag. iur. vniuerſ.lib.1.cap.10.num.5.* Læl.Zecch.*tract.de Princip. lib.1.cap.1.num.1.* Ioan.Iacob.Wecker *de ſecret.lib.1.c.2 in princ.* vide Eraſ. Rot. *Enchirid. mil.Chriſt.memb.de trib.hom.part.ſpirit. & anima & carne.*

Corpus pro tempore eſt caducum & mortale: ſed cum ſit animi vas & receptaculum, illiuſque miniſterio vtatur, Deus id quoque deſtinauit æternitati, ac per reſurrectionis myſterium eiuſdem muneris voluit eſſe particeps, nempe immortalitatis. Leuin.Lem.*d.c.2.* 8

Corpus ſecundum materiam quidem de Terra ſumtum: Anima vero ſine materia ficta eſt. Giſelbert.*in lib.altercat.3.* Petr. Lombard. *lib. 2.diſtinct.1.* 9

Illud ad diuinitus conſtitutum ordinem naturæ terreno pane, hæc cæleſti pane, id eſt, verbo Dei alitur & ſuſtentatur: ſicuti ſcriptum eſt: *non in ſolo pane viuit homo, ſed ex omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Deuteronom. 8. verſic. 3. Matth. 4. verſ. 4.* 10

Homo ſecundum corpus dicitur corporeus, vel exterior: ſecundum animam incorporeus, vel interior. Albin.*quæſt.in Geneſ.* Smaragd. *in Epiſt.Paul.ad Rom.cap.8.* Pet.Gregor. *d.lib.7.cap. 1.n.6. item d.cap.5.* Cæl. *d.lib.11.cap.46.* Vide Eraſ.Rot. *d.Enchirid.milit.Chriſt.memb.de hom.exter. & inter.* Iſidor. *d.loc.* 11

Animæ vis ſuperior eſt mens, inferior Spiritus. Pet. Gregor. *d. cap. 10.n.2.* vide *d.Syntax.art.mirab.lib.32.cap.3. cum ſeq.& lib.3.cap.14.* Georg. Obrecht. *diſp.de prim.iur.theſ.20.cum ſeqq.* 12

Solus homo autem eſt ex tot animantium generibus atque naturis particeps rationis & cogitationis: cum cætera omnia ſint expertia: vti adſtruit Cic. *lib. 1. de leg.* 13

Et natura hominem non ſolum celeritate mentis ornauit, ſed etiam ſenſus tanquam ſatellites attribuit, ac nuncios, & rerum plurimarum obſcuras ac neceſſarias intelligentias enudauit, quaſi fundamenta quædam ſcientiæ, figuramque corporis habilem & aptam humano ingenio dedit. *Cic.eod.* 14

Cæterum homines nihil differunt à iumentis, ſecundum corporis rationem, vitamque illam, quæ tota corpori vacat, & indulget. Eundem namque aërem cum brutis animantibus homines reſpiramus, eundemque interitum ſubimus: & in his ſane rebus homo iumento nihil amplius habet. Iumentorum itaque brutalis vita, quæ veneri indulget, vanitas mera eſt. Monet autem nos Eccleſiaſtes, ne corpori indulgeamus: ſed animam quæ prædita eſt ratione, virtutibus 15

excolamus: Hac enim ſimiles Angelis ſumus; cum vis ipſa ſentiendi nobis cum iumentis, brutiſque animalib. ſit communis: vti ſcriptum poſt ſe reliquit Olympiodor. *in Eccleſiaſt. cap. 3.*

16 Nonnulli hominem potiſſimum ſermone à feris differre autumant. Vide Cic. *lib. 1. de orat. d. lib. 1. Offic. d. lib. 1. de ll. lib. 1. de inuent. & lib. 2. de finib.* Pet. Gregor. *d. c. 5.* Mart. Delr. *diſq. mag. tom. 1. lib. 2. quaſt. 20.* Phil. Camer. *medit. hiſt. cent. 2 cap. 80.*

17 Eſt etiam homo (quod ad eius formam etiam referri poteſt) erectus factus, vt commodius cœlum aſpiceie, Deiq; cognitione affici poſſet. *Eccleſiaſt. 7. verſ. vlt.* S Bernhard. *in Feſt. S. Martin.* cui congruit illud Cic. *Deus homines humo excitatos, celſos & erectos conſtituit, vt Deorum cognitionem cœlum intuentes capere poſſent. lib. 2. de nat. Deor.* Vide Cæl. *antiq. lect. lib. 2. cap. 10.* Aloiſ. Triſſin. Vicent. *Problem. medicin. lib. 1. problem. 1. M.* Ant. Zimar. *problem. lib. problem. 89.*

18 Cum enim natura cæteras animantes abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, ad cœlique quaſi cognitionem, domiciliiq; priſtini conſpectum excitauit: ceu ſcribit Cic. *d. lib. 1. de legib.* Item Ouidius accinit:

*Pronaq́; cum ſpectent animalia cætera Terram:*
*Os homini ſublime dedit, cœlumq́; videre*
*Iuſſit, & erectos ad ſidera tollere vultus.* 1. Metam.

Et Marcell. Paling. *Zodiac. vit. lib. 2.* cantat:

*Ex his tantùm homini, quid ſit cognoſcere verum,*
*Quidve decens, & poſſe loqui, conceſſit: at ore*
*Cætera ſunt muto, & tellurem cernua lambunt.*

19 Et quid poteſt eſſe tam apertum, tamque perſpicuum, cum cœlum ſuſpeximus, cœleſtiaque contemplati ſumus, quam eſſe aliquod Numen præſtantiſſimæ mentis, quo hæc regantur? Cic. *d. lib. 2. de natur. Deorum.*

20 Siquidem ex tot generibus nullum eſt animal, præter hominem, quod habeat notitiam aliquam DEI: ipſisque in hominibus nulla Gens eſt, neque tam immanſueta, neque tam fera, quæ non, etiamſi ignoret, qualem habere Deum deceat, tamen habendum ſciat. Ex quo efficitur illud, vt is agnoſcat DEVM, qui vnde ortus ſit, quaſi recordetur ac noſcat. Cic. *d. lib. 1. de legib.*

21 Ideoque ſi terram obeamus, inuenire poſſumus vrbes, muris, opibus, numiſmate carentes: at vrbem nemo vnquam vidit, Templis ac diis carentem: quę precibus, iureiurando, oraculis non vtatur: non

bonorum cauſa ſacrificet: non mala ſacris auertere conetur. Plutarch. *aduerſ. Colot:* quem etiam allegat Melch. Iun. *quæſt. polit. part.* 1. *quæſt.* 6.

Homo autem ratione ſexus eſt vel Mas vel Fœmina: *Gen.* 1. *verſic.* 22
27. *ibi: Maſculum & fœminam creauit eos. Marc.* 10. *verſ.* 6. Lactan. *de orig. error. lib.* 2. *cap.* 3. Petr. Gregor. *d. lib.* 9. *cap.* 2. *& d. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 9. *cum c. ſeq. n.* 1. Item *partit. Iur. canon. lib.* 2. *tit.* 1. *cap.* 2. *cum c. ſeq.* Hier. Treutler. *ſelect. diſp. vol.* 1. *diſp.* 2. *theſ.* 1. Rodolph. Goclen. *Problem. log. part.* 2. *problem.* 19. Barth. Keckerman. *ſyſt. phyſ. lib.* 4. *t.* 1. *& cap. vlt. & lib.* 5. *c.* 3. Ioh. Althuſ. *iuriſprud. Rom. lib.* 1. *cap.* 3. Herm. Vult *Iuriſp. Rom. lib.* 1. *cap.* 3. *ibi: ex ſexu.* De illo infra *lib. ſeq.* de hac *lib.* 3. tractabitur.

Quidam tertium genus, Hermaphroditum ſc. qui cum mare & 23
fœmina participat, addunt. Pet. Gregor. *d. tit.* 1. *cap.* 2. Herm. Vult. *Iuriſp. Rom. lib.* 1. *cap.* 4. *ibi: ex Sexu.* de quo *infr. h. lib. part.* 10. agetur.

Sunt tamen, qui negent, hominis appellatione fœminam contineri: 24
ſed refelluntur. *Gen.* 5. *verſ.* 1. *item per l. hominis.* 152. *ff. de verb. ſign.* vide Petr. Gregor. *d. loc.* Hieron. Treutler. *d. theſ.* 1. *lit. c.* Gregor. Rolbag. *certam. maſculo fœm. aciei viril. cap.* 5. *num.* 7. *cum ſeqq.* Sim. Gedic. *defenſ. ſex. mulieb.* M. Ioh. Irenæi *Apolog. pro Sexu fœm.* Frid. Pruckman. *in l. in multis.* 9. *princ. part. princ. memb.* 3. *art.* 1. *ff. de ſtat. hom.* Iacob. Cramer. *diſcept.* 2. *poſit.* 4.

S. Sulpitius etiam inſignis Orator atque Iuriſconſultus (cuius 25
meminit *l.* 2. §. *Siquidem Sulpitius. ff. de orig. iur. & Cic. Phil.* 9.) fœminam appellatione hominis complectitur: Sic enim de Tullia ipſius Ciceronis filia inter cætera ſcribit: *quoniam homo nata fuerat.* Epiſt. quæ extat inter Cic. Famil. *Epiſt. lib.* 4.

## PARS III.

## De primarii Hominis efficiente cauſa.

### SVMMARIA.

1 *DEVS primarij Hominis aliarumq́ creaturarum procreans & conſeruans cauſa, & n.* 2.

3 *Secundary Hominis effectrix cauſa, remiſſiue.*

VErum tam procreans, quam conſeruans cauſa primarii hominis, 1
vt & aliarum rerum, ſolus ter OPT. MAX. DEVS eſt. *Gen.* 1. *verſ.* 27. Malach. 2. *verſ.* 10. 1. *Cor.* 11. Lactant. *de orig. error. lib.* 2. *cap.* 5. *& cap.* 11. *cum cap. ſeq.* Petr. Gregor. *Comment. in Proleg. Syntax. art. mirab. cap.* 1. *in princ. &*

*lib.9.cap.3.* Pet.Frid.Mindan.*partit.dialect. lib.1.cap.2.cum cap.ſeq.* Virgil. *Polydor.*de inuent.rer.lib.1.cap.3.

2 Huc illud Ciceron. Animal hoc prouidum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & conſilij, quem vocamus hominem, præclara quadam conditione generatum eſſe à ſupremo Deo. *d. lib. 1. de legib.*

3 De efficienti cauſa ſecundarij hominis vide 1.*hoc lib.part.6.*

## PARS IV.

## De primarii Hominis materia.

### SVMMARIA.

1 *Materia ex qua primaui maſculi, humus.*
2 *Materia ex qua primaua fœmina Adamica coſta.*
3 *Eua, cur de coſta Adæ facta ſit.*
4 *De ſecundarij Hominis materia remiſſiue.*

MATERIA quidem, ex qua Deus primum maſculum, videlicet Adamum creauit, humus, id eſt, Terra, ſiue lutum (vti 5.*part.1.n.2.* adſeruimus) extitit. Gen.2. *verſ.7.* & 3.*verſ.19.* Item 1.*Cor.15.verſic.47.* Vide Petr.Gregor.Syntax. *art.mirab.lib.9.cap.1.* Cæl *antiq.lect. lib. cap.4.* Lactant. *de orig.error.lib.2.cap.11.* And.Libau. *de vniuer.& orig.rer.lib.7.in not.diei ſexti, theſ.30.*

2 Materia vero ex qua prima mulier Eua ſc.efformata eſt, Adami coſta fuit, vti *infra part.ſeq.n.2.* demonſtratur.

3 Eſt autem Eua non de Adæ pede, ne famula, nec de capite, ne domina, ſed de coſta, vt collateralis videretur, facta. *gl.33.q.5.c.vlt.verb. coſta.* Vide Iohan.Bapt.Schwarzenthal.*tract.de ſtipul.l.9.tab.3.n.54.*

4 De ſecundarij hominis materia vide *infra part.6.n.1.*

## PARS V.

## De Hominis forma.

### SVMMARIA.

1 *Adamicæ creationis forma ſiue modus.*
2 *Factionis Euæ forma. Deus auctor coniugij.* ibid.
3 *Adam ex ſe deſumptam mulierem ante lapſum Iſchah, poſt eum Euam vocauit.*
4 *Forma hominis omnium animantium formis antecellit.*

5 *Quid ſit forma hominis.*
6 *Forma hominis non ſenſibilis, ſed intelligibilis.*
7 *An mulier ad diuinam condita imaginem.*
8 *An ſtygma humanæ faciei ob facinora poſſit inuri.* & n.9.10. 11.
12 *An Homo etiamnum quid diuinæ imaginis habeat.*

DEVS Adamum de limo terræ vltima vniuerſæ creationis die, ad 1
imaginem & ſimilitudinem ſuam formauit, in faciem eius ſpiraculum vitæ inſpirauit, ſicque in animam viuentem fecit. Gen.2.*verſic.* 7. Syrach. 18. *verſ.*1. 1.*Cor.*15.*verſ.*45. Iacob.3. *verſ.* 9. Petr. Gregor. *com. in Proleg. Syntax. art. mirab. cap.*1. *& lib.*9. *cap.*1. Ioh. Iacob. Wecker. *de ſecret. lib.*1. *cap.* 3. *cum duob. ſeqq.* Andr. Libau. *de vniuerſ. & orig. Rer. lib.* 7. *n.* 34. *cum num. ſeq.*

Verum cum Adæ ſimilis Adiutor non inueniretur: DEVS ſoporem ipſi immiſit: cumque obdormiſſet, vnam de coſtis eius tulit, ac carnem pro ea repleuit, ædificauitque coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierē: & adduxit eam ad Adam: Adeoq; Auctor matrimonij extitit: Gen.*d.*2.*verſ.*21.*cum verſ. ſeq. novell. cap.*21.*verb. ampliori: Item* 33. *q.*5.*c. vlt. in princ. ibi: quod non de eadem terra, de qua plaſmatus eſt Adam, ſed de ipſius Adæ coſta facta ſit mulier.* vide Andr. Libau. *de vniuerſ. & orig. rer. lib.*7. *theſ.*30. 2

Adam mulierem ex coſta ſua productam, ante lapſum Iſchah, 3
hoc eſt, viraginem vocauit: quoniam viri propago eſſet, & adiumentum. Gen. *d.*2.*verſ.*23. poſt lapſum Euam nuncupauit: quod eſſet omnium viuentium mater. Gen.30.*verſ.*20.

Hominis autem formam omnium animantium formas vincere 4
aſſerit. Cic. *lib.*1.*de nat. Deor.* vide *eundem de natur. Deor. lib.*2.

Forma hominis eſt illa ipſa perfectio, actus, ſiue conſtitutio & for- 5
malis eſſentia hominis, qua ex corpore & anima rationali cōpoſitus eſt, & eſſe dicitur id, quod eſt. Petr. Frid. Mindan. *partit. dialect. lib.* 1. *c.*7. vide *ſupra part.*2.*n.*17.

Et talis eſſentialis hominis forma non eſt nobis αἰσθητὴ & ſenſi- 6
bilis, ſed tantum νοητὴ & intelligibilis: Hominem enim videmus & perſentimus, formam eſſentialem, qua eſſe dicitur id, quod eſt, non videmus, ſed tantum intelligimus, ſiue mente concipimus, Pet. Frid. Mindan. *d. loc.* Quia vnus idemque homo eſt inuiſibilis ſecundum animam, quæ eſt ſpiritus, & tamen eſt etiam viſibilis ſecundum corpus, quod eſt coloratum. Barth. Keckerman. *Syſt. theol. lib.*3.*cap.*6.*fol.*(*mihi*) 409.

7 Hoc in loco obiter pro primo ſciendum, quod nonnulli autumant, fœminam non æque ac maſculum, ad Dei imaginem (de qua vide Andr.Libau.*de vniuerſ.& orig.rer.lib.7.*) conditam eſſe. Nam quod DEVS ait: *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*: item, *creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum*. Gen. 1.*verſ.26. cum verſ.ſeq.* de ſolo maſculo intelligi contendunt debere. Vide 1.*Cor.11.verſ.7.* item 33.*q.5.c.hac imago.* & *c.mulier.* Sed eos hallucinari patet. Siquidem ibi additur: *maſculum & fœminam creauit eos.* Imo Deus quoque dixit: *Non eſt bonum, hominem eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi.* Gen.*d.* 2. *verſic.* 18. Ambroſius *in exhortat.ad Virg.* ſcribit: *ſcire debet ſiue vir, ſiue mulier; quia ad imaginem Dei eſt & ſimilitudinem.* Vide *Coloſſ.* 3. *verſic.* 10. Petr. Gregor. *Partit. iur. Can.lib.2.tit.1.cap.2.n.1.* Ioh.Baptiſt.Baiard. *in addit.ad Iul.Clar.§.fin.q.76.* Gregor.Rolbag.*in certam.Maſculofœm.aciei viril.cap.*4. Frid. Pruckman *in l.multis, 9.prim.part.princ.memb.3.art.*2. Ioh.Bapt. Schwarzenthal. *tract. de ſtip.l.9.tab.3.n.56.cum n.ſeq.* And.Libau.*d.lib.7.n.27.*

8 Pro ſecundo obſeruandum, quod cum hominis facies ad inſtar diuinæ imaginis, (vti modo probauimus) facta ſit, quidam iuriſconſulti cum Imp.Iuſtin. concludere velint, eandem ſtigmatis impreſſione ob facinora deformari minime debere.*l.ſi quis.17.C.de pœn.gl.c.1.ver. ipſo facto. extrauag.de ſepultur.* Iul.Clar. *d.quæſt.*70. Mynſ.*cent.2 obſer.* 46. Didac.Couar. *Reſol.lib.2. cap.9.n.7.verſ.vlt.* Nicaſ de Voerd.*in Inſtit.lib. 4.tit.1.§.furti actio.n.vlt.* Fachs. *diff.iur.ciuil.& Sax.diff.66.* Reinhard.*diff. iur.ciuil & Saxon.part* 5.*diff.*7.

9 In quo errant: Nam imago DEI ad internam formam, ſiue interiorem hominem (cuius *ſupra part.* 2.*n.*11. meminimus) refertur: Alias (ſi imago ſcil.Dei ad externam formam ſeu hominem referretur) colligi poſſet, Deum tot imagines formaſve induere, quot homines forent: ſiquidem vix è millibus vnus alterum per omnia refert, repræſentatve. D.Ambroſ.*in Inſtit.Virg.cap.*3. vbi inquit: *ad imaginem Dei interior eſt Homo.* Euchar.*in Gen.lib.1.cap.*8. vbi ſcribit: *in interiore homine eſt Conditoris ſui imago: imago in immortalitate, ſimilitudo in moribus.* Caſſid. *in Pſalm.*38. Beda *in Gen.cap.1.* & *in Iob.lib.3.cap* 7. Leuin.Lem. *de occult. nat.mirac.lib 1.c.11.* Pet.Greg.*Com.in proleg.Syntax.art.mirab.c 5.ibi: creatus eſt (Homo,) ad imaginem & ſimilitudinem Dei: quod ad animæ pertinet præſtantiam: ſiquidem ratione animæ, non corporis, imago accipienda.* & *ibid. Ad imaginem Dei homo interior, nempe Anima, creatus eſt, non homo exterior.*

10 Vnde haud inepte concludere videmur, ſtigmata hominis faciei

ob facinora recte inuri poſſe; vti etiam permittit. *c.* 3. *de crim.falſi.*

Quam pœnam hodie quibusdam in locis, maxime Germaniæ, 11
vſitatam eſſe noui: refert etiam Iul.Clar.*d.quaſt.*70. Matth. Weſenb. *com.digeſt:tit:de pœn.n.*7. Vide Pet.Gregor.*Syntag.iur:vniuerſ.lib.*31.*c.*35. Viennenſ.ſtudioſ. Diſp. *diſp. de pœn.them.*17. Seb. Næu. *Syſtem.in d.l* 17.

Tertio & illi errant, qui hominem nihil amplius imaginis DEI 12
habere dicunt. Etſi enim quoad iuſtitiam perfectam erga Deum, & excellentiſs illud rationis mentiſq; humanæ acumen corrupta noſtra natura eſt: tamen remanſerunt ſcintillulæ, ipſaque ſubſtantia naturæ; licet gradus excellentiſſimi ſint priuatione quadam per peccatum inducti, & quaſi obliterari. Pet.Frid.Mindan. *Partit.Dialect. lib.* 2. *cap.* 19. *axiom.*9.

## PARS VI.

## De ſecundarii Hominis efficienti & materiali cauſa.

### SVMMARIA.

1 *Secundarÿ Hominis efficiens & materialis cauſa.* & n.2.3.
4 *Cæteris animantibus certa coëundi tempora, homini nulla.*
5 *Doctrina de procreatione hominis remiſſiue.*
6 *Mas & fœmina in procreatione hominis æque requiruntur.*
7 *Cum Maris & fœminæ coniunctio, tum liberorum procreatio atq; educatio naturali iuri accenſentur.*
8 *Fœminæ præcipuum munus quod ſit.*
9 *Multiplex tempus pariendi hominis.*
10 *Homo* 182. *die in lucem edi poteſt.* & n. 11.
12 *Partus ante ſeptimum menſem imperfectus.*
13 *Octauo quoque menſe Homo naſci poteſt.*
14 *Iuriſconſulti* 10. *menſe Hominem perfici ſtatuunt.* & n.15.
16 *Exemplum, &* n.17.18.
19 *Cur homini certum tempus pariendi non ſit.*

OMNIS autem Homo, qui per continuam ſucceſſionem ab Adamo & Eua eſt propagatus, ex mutua maſculi & fœminę poſt concubitum effluentis, per ſtatumque tempus in materno vtero retenti ſeminis cõmixtione, cooperãte Deo, oritur: (excepto Chriſto Domino ac Seruatore noſtro, qui ex beatiſſima virgine Maria Spiritus S.ad- 1

umbratione, ſine hominis ſemine ac commixtione 25. Martij conceptus,& 25. Decembris media nocte natus fuit) hoc eſt, Deus quidem ſecundarij etiam hominis efficiens, coniuncta, remota, homo vero, id eſt,pater & mater proxima cauſa exiſtit. Leuin.Lem. *de occult.natur. mirac. lib.1.cap.6.* Pet.Greg. *Syntag. Iur. vniuerſ. liv.8.c.1.n.16. cum n.ſeq. & de iur art.c.5.n.5 ibi: Viri ſane & mulieris congreſſu fœtus partusq́; prouenit.* And. Alciat. *in l. quod dicimus, 131 ff. de verb ſignif.* Pet Frid. Mindan. *partit. Dialect. lib.1. cap.3.* Gregor. Rolbag. *certam.maſculo fœm. aciei viril. cap.7.* Ioh.Iacob Wecker. *de ſecret. lib.1.cap 2 ibi efficiens.*

2 Idem ſapientiſs. Rex teſtatur, ſum quidem, inquiens, & ego mortalis homo, ſimilis omnibus,& ex genere Terreni illius, qui prior factus eſt,& in ventre matris figuratus ſum caro, decem menſium tempore, coagulatus ſum in ſanguine, ex ſemine hominis,& delectamento ſomni conueniente. *lib. Sapient cap.7.verſ.1.cum verſ.ſeq.*

3 Hieob ſimilitudine id ipſum expreſſit, inquiens: *Nonne ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti? Pelle & carnibus veſtiſti me: Oſſibus & neruis compegiſti me: vitam & miſericordiam tribuiſti mihi,& viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. cap.10.verſ.10.cum verſ ſeq.*

4 Sane reliquis animantibus ſunt ſtati per tempora concubitus, homini omnibus horis dierum noctiumq; : cæteris ſatietas, homini prope nulla. Iacob. Pontan. *Symb lib.3. ad Virgil. 2. Georg. fol. 396.* vide 27. *q.1 c nuptiarum.& 32.q.4.c.origo.& quæſt.7.c. non ſolum.§.fin.* Pet. Gregor. *Syntag. iur. vniuerſ. lib.9.cap.26 n.25.*

5 Auicenna Medicorum haud poſtremus tẽpus procreandi vtriuſq; hominis tradit, quem refert Leuin.Lem. *d.lib.1.c.9.ibi: vbi menſes defluxerint.* Pet.Gregor. *d lib.9 cap.9.n.26.* Guil. Adolph. Scribon. *reſ. Phyſ. method explicat.*

6 Et vtraque perſona, hoc eſt, tam maſculus, quam fœmina, in hominis procreatione ſimili naturæ officio fungitur. *Inſtit. de exhered. liber.§. ſed hac quidem. verſ. quia vtraq́;.* Neque enim maſculus ipſe in ſe, neque fœminæ ſolum ad natiuitatis propagationem ſufficiens eſt: ſed ſicut vtrunque eorum coaptauit Deus ad generationis opus, &c. *nouell c.18. § neq́; illo.* Vide Nicol.Boer *deciſ. 241. n 7 cum ſeq.* Leuin. Lem. *d.lib.1.cap.3.cum aliquot ſeqq.* Gregor Rolbag. *in certam maſculo-fœm. aciei mulieb cap.3.& aciei viril. cap.7.n.3.* Lactan. *de offic. Dei, cap. 12.*

7 Siquidem maris & fœminæ coniunctio (quam matrimonium, coniugium, nuptias, &c. etiam appellamus) nec non liberorum procreatio,& educatio, iuris naturalis eſt. *Inſtit. de iur. nat, gent. & ciuil. in*

*princ.verſic Hinc deſcendit.* & *l 1.§.ius naturale.* vide 32.*q* 4 *c.liberorum in prin.* Pet.Gregor.*d.lib* 9.*cap* 1.

Præcipuum autem officium fœminæ eſt concipere,conceptumq; 8
tueri. *infra lib.*3.*num.*7.

Tempus,quod ad humanum fœtum in materna aluo perficiendũ, 9
atque in lucem edendum requiritur,eſt varium. Siquidem Ariſtoteles ſcribit: Cum cætera animalia omnia ſingulari ac ſimplici modo partum ſuum perficiant,(vnum enim pariendi tempus ſtatutum eſt omnibus) Homini ſoli multiplex datum; Nam & ſeptimo Menſe, & octauo,& nono parere poteſt, & quod plurimum, decimo: nonnullæ etiam mulieres vndecimum attingunt.*lib.*7.*hiſt.animal.cap.*4.C. Plin.*nat hiſt.lib* 7 *cap* 5.

Incepto igitur ſeptimo menſe, ho[illegible]ſt, centeſimo ſecundo die à 10
conceptione numerando,homo perfectus legitimusq; naſci poteſt *l. ſeptimo.* 2. & *ibi Ioh.Coraſ n.*4.*ff de ſtat hom l.ſeptimo.*3.§.*fin. verſ. de eo autem, qui* 182. *die natus eſt,Hyppocrates ſcripſit,* & *D.Pius Pontificibus reſcripſit, iuſto tempore videri natum ff.de ſuis* & *legit.hæred.* Vide Iacob.Menoch. *de arbit.iud lib.* 2.*cent.* 1.*caſ* 50.*n.*19.& *caſ.*89.*n.*34.

A.Gellius tarenter hominem ſeptimo menſe naſci aſſeuerat.*Noct.* 11
*Attic.lib.*3.*cap.*16. Vide Cæl *antiq.lect. lib.*12 *cap.*12.

Ante ſeptimum autem menſem editus fœtus imperfectus eſt. A- 12
riſt. & C.Plin. *d.loc.* Felin *in c ſicut.n ſicut n.*5 *de homicid.* And. Tiraq. *in l ſi vnquam verb.ſuſcepit liberos n* 205 *C de reuoc.donat.*

Octomeſtris hominis partus, an perfectus legitimusque ſit,etiam- 13
num controuertitur. Vide Ariſt.C Plin.A.Gell *d loc.*Cæl.*d.cap.*12 *cum cap.ſeq.*Matth.de Afflict *deciſ* 256.*n.*5 And.Tiraquel.*d.n.*105.& *n* 210. Alciat *in l qui mortui.* 129.*ff.de verb.ſignif.* Iacob.Menoch.*d.caſ.*89.*n.*38. Socin.iun.*part.*2 *conſil.*35.

Iuriſconſulti cum ſacra ſcriptura(*Sap.d cap* 7.)Philoſophis(Ariſt. 14
C.Plin.& A Gell *d loc.*) Medicis( Hyppoc. *lib de nat.pueri vel fœt.*) & Poetis(*Virg Eclog.*4. ibi: *Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes.*) conſentientes concludunt, hominem decimo menſe recte communiterque naſci. *nouell.c* 39 § *fin.*

Ex quo poſt decem menſes à patris obitu,vel diuortio computan- 15
dos, circa vndecimi menſis finem natus homo ad legitimam hereditatem vix admittitur. *d.l.inteſtato.*3.§.*fi.* Vide *gloſſ.d nouell.c.*39.§.*fin verb. perfecto* & *verb non ex priori conſiſtere matrim.* Henr.Salmu. *in not ad Grib. Paneirol rer.mem. lib.*2.*tit.*10.*fol.*(*mihi*)472.Petr.Greg *Syntagm. iur. vni-*

*uerſ. lib.* 10. *cap.* 3. *n. vlt.* Mynſ. *cent.* 6. *obſ.* 40. Hen. Bocer. *ad* 1 *part. Pandect. diſp.* 2 *propoſ.* 7. Franc. de Porcellin. *tract. de duob fratrib. teſt prin. quæſt. n.* 1. Ioach. à Beuſt. *tract. connub part* 2. *cap.* 36. *Conſult. conſt. Saxon. lib.* 1. *part.* 1. *de contract. quæſt.* 14. Hieron. Treutler. *Select. diſp vol.* 1. *diſp.* 2. *theſ.* 5. Ioh. Gœd. *diſp.* 1. *theſ.* 15. Pet. Heig. *com. Inſt. de legit. ſucceſ. cap.* 5 *n.* 38. *cum n. ſeq.* Petr. Loriot. *tract. de natiuitat. axiom.* 6. Iacob. Menoch. *d. caſ* 89. *n.* 40. *cum ſeqq. & infra lib.* 4. *part.* 1 *n.* 7.

16 Adrianus tamen referente A. Gellio *d. c.* 16. in Romana quadam in vndecimo menſe fœta, cauſa cognita, decreuit, in vndecimo menſe partum ædi poſſe, requiſitis veterum Philoſophorum & Medicorum ſententiis.

17 Vaſtilia C. Herelicij, ac poſtea Pomponij atque Orfiti clariſs. ciuium coniunx, ex his quatuor partus enixa Sempronium ſeptimo menſe peperit, Suillum Ruffum vndecimo, Corbolonem ſeptimo, vtrunque conſulem: poſtea Cæſoniam Caij principis coniugem, octauo. Plin. *d. lib.* 7. *cap.* 5.

18 Apud Varronem obſeruatum eſt, Gracchum ideo nuncupatum, quod eum mater duodecim menſibus in vtero geſtaſſet: quia legitimum tempus pariendi eſſet ſupergreſſa. Cæl. *antiq. lect. libr.* 24. *cap.* 4.

19 Cur aũt non ſicuti ceteris animantibus, certum pariendi ſit tempus homini, Gal. 11. *de vſu part. lib.* aſcribit humanæ incuriæ, qua in victu delinquitur: hinc vterum & fœtum lædi neceſſe eſt, & hinc partus tempus prorogari.

## PARS VII.

### De πολυτεκνίᾳ, ſeu multiplici fœtu.

### SVMMARIA.

1 *Ex vno vtero plures ſimul naſci, &* num. 2.

3 *Exempla editorum geminorum, &* n. 4. 5. 6.

7 *Remus, quod vrbis murum tranſcendere molitus ſit, à Romulo trucidatus.*

8 *In eos, qui ciuitatum muros vllo modo violant, capitali pœna animaduertitur.*

9 *Mœnia communis ſalutis ciuium gratia fiunt: ideo omnes, perſonæ etiam, quæ ad Eccleſiam pertinent, nec ſunt eccleſiaſticæ, ad ea cuſtodienda, hoſte aduentante, poſſunt cogi.*

10 *Ad mœniorum ædificationem incolæ à Principe cogi poſſunt: ſumptibus pro eorum facultatibus collatis.*

11 *Gemellis editis, vtri ius primogeniorum competat, remiſſiue.*

12 *Exemplum trigeminorum.*

13 *Mulier, quæ ter geminos peperit, ter enixa videtur.*

14 *Exemplum ſuperfœtationis.* & n.15.16.

17 *Exemplum mulieris, quæ ſimul multos peperit.* & n.18.ad n.23.

24 *Exemplum ſerotini partus.*

25 *Saguntiï infans mox in vterum rediit.*

ET ſi quidem per rerum naturam certum ſit, vnicum hominem vno partu naſci: tamen plures quoq; vel vno vel interiecto tẽpore, naſci poſſe, nemo ſanæ mentis inficiari poteſt. *l inteſtato.3. §. eſt autem, ibi: quia ex vno vtero plures naſci poſſunt. ff. de ſuis & legit. hæred. item l ſed etſi.28. § fin. ff. de iudic vide infr. n.14.* 1

Naturaliter autem vno partu ſeptem liberos naſci poſſe (cum mulieri totidem ſint receptacula) adſerit *gl d. §. fin. verb. naſci.* Mich. Scot. *de ſecret. nat. cap.7. in fin.* vide Iohan. Coraſ. *tom.1. in l. Areſcuſa.15 n.5. cum ſeq ff de ſtat. hom.* Contradicit Fr. Thom. Facell. *de reb. ſic.* vbi ſcribit: *Et licet ſint, quibus ſeptem in vtero cellulæ placeant, & propterea totidem duntaxat fœtus concipi poſſe ex Galeni quoque de Spermate libro tradiderint, (vnde & Iureconſultos lapſos errore cenſendum eſt) ea tamen omnia & temere prodita, & opus illud Galeni non eſſe, eruditis perſpicuum eſt:* vti allegat Iohan. Wolff. *lect. memor. & recondit. centen.16. n.417. & n. ſeq.* 2

Eſau & Iacob, Iſaaci Patriarchæ gemelli extiterunt. *Gen.25 verſ.24. cum ſeqq.* 3

Thamar ex Iuda ſocero geminos conceptos enixa eſt. *Gen.38.* 4

Agina Ariſtodemi Spartanorum Regis vxor geminos peperit. *Herod lib.6. cap.6.* 5

Romulus & Remus gemini fratres ex Rhea Syluia à Marte compreſſa nati feruntur. Liuio & aliis, qui de Romulo hiſtoriam ſcripſere, teſtantibus. Vide Iacob. Pontan. *Symb. lib.6. ad Virgil.1. Æneid. fol.715.* 6

Remus à Romulo occiſus dicitur ob id, quod murum vrbis tranſcendere voluerit. *l. vlt. in fin. ff. de rer. diuiſ. & qual.* Pet. Greg. *Syntag. iur. vniuerſ. lib.35. cap.7. n.7. & de Repub. lib.2. cap.3. n.9. in fin.* 7

Pœna capitis conſtituta eſt in eos, qui muros ciuitatum quoquo modo violarint: Ideoque muros ſanctos dicimus. *Inſt. d. tit. §. ſancta.* 8

*C. 3 ... verſ.*

*verſ.ideo autem.l.qui perforauerit.11.ff ad l.Iul.pecul.* Petr.Gregor.*d.n.9.& n.2.* Vide Tib.Decian.*tract.crim. tom.2.lib.7.cap.36.* Ioh. Bapt. Baiard. *in addit.ad Iul.Clar.* § *fin.quæſt.68.num.2.* Hugo Donell. *com.iur.ciuil lib.4.cap.1.circa fin.*

9 Muri autem ciuitatum communis ſalutis cauſa ciuium conſtituuntur: ideo omnes ad eorum cuſtodiam, maxime hoſte imminente, etiam perſonæ, quæ ad ditionem Eccleſiæ pertinent, nec ſunt eccleſiaſticæ, compelli poſſunt, Pet.Gregor.*d.n.9 in prin.*

10 Sic ad mœniorum conſtructionem oppidani, ſeu municipes poſſunt per Principem compelli: contributis ſumptibus ſecundum eorundem facultates. Petr. Gregor. *d. cap. 3. num.* 7. Vide Gail. *lib. 2. obſeruat.52.*

11 Gemellis natis, vtri ius primogeniorum debeatur, vide *l. idem. 16. cum gl.ff.de ſtat.hom.& l ſi fuerit.11.§.plane.ff.de reb.dub.*Seb.Næu.*ſyſtem.par.7.feud.lib.1.tit.1.in prin.n.246.*

12 Trigemini Horatij apud Romanos totidemq; Curiatij apud Albanos extitere: quorum certamine Romani & Albani Imperium locarunt. *l.antiqui.3.ibi:ſed & tregeminos ſenatores cinctos vidimus Horatios.ff.ſi pars hæred.pet.*Liu. *lib.1.decad.1.*Plin.*nat.hiſt.lib.7 cap.3.* Pet.Greg. *d.Syntag.iur.vniuerſ.lib.48.cap.16.n.6.*

13 Mulier autem, quæ tregeminos peperit, ter enixa videtur. *l.ter.137.ff.de verb.ſign.* vbi Sebaſt.Næu. *Syſtem.*vide.

14 Fœmina quædam Serapia, ab Alexandria cum quinque liberis, quorum quatuor eodem tempore, quintum quadrageſimo die poſt enixa erat, ad Hadrianum Imper. perducta ſcribitur. *d.l.antiq.3.ibi:ſed & Lal.*

15 Anno Chriſti 1584. poſteaquam vir nobilis D. Ludouicus ab Hirſchorn (cuius ſedes fuit in Palatinatu, tribus ab Heidelberga milliaribus in oppidulo, quod eiuſdem nobilis viri nomen vendicat) rebus humanis exemptus eſſet, neque vllum poſt ſe hæredem reliquiſſet: vidua interim ipſius vterum ferente: ſtatim ipſius defuncti Agnati & feudorum ſucceſſores (vti qui vehementer dubitarent, ferretne maſculum grauida vidua an potius fœmellam) non ſolum omne ius ſucceſſionis feudorum, in omnem euentum, à feudorum Dominis obtinuerant: Verum etiam, quia libenter plenam & fundamentalem notitiam omnium feudorum, & redituum habuiſſent: Ideo à morte prędicti nobilis ſuperſtitem viduam adhuc immaturam defuncti mariti mortem lugentem, ſua in domo operuerunt: eique claues ad ery-

ptas & cellas è lumbis, non ſine vi & vehementia detraxerunt. Quæ res adeo miſeram & triſtem viduam affecit, vt coniectis in verticem ſuum manibus, vociferari & eiulare magis cœperit: vt quæ grauiter moleſteque huiuſmodi ſæuitiam & agendi modum ferret. Quin etiam paucis interiectis diebus, tandem peperit, & quidem egregium puellum, ſed mortuum & caluaria carentem. Cæterum cum agnati, & hæredes defuncti nobilis ea de re certiores facti eſſent, perſuaſerūt ſibi, ſuam ipſorum ſpem iam expletam, & ipſos ſui compotes voti factos fuiſſe. Quare ius ſuum in vtenda fruenda hæreditate feudorum perſecuti ſunt. Sed DEVS Opt. Max. velut è Saxo alium partum maſculum, & paternorum bonorum hæredem viduæ illi mœſtæ & deſolatæ ſuſcitauit atq; donauit. Etſi enim non ita pridem puellum enixa eſſet, tamen ſubtumida à partu remanſit, nihil aliud ſuſpicata, quam vel tumorem præter naturam, vel aliquem morbum in ſuo reſidere corpore, id quod etiam aliquibus Medicis (quorum conſilium ſeparatim requiſitum & auditum eſt) viſum fuit. Cauſam enim morbi quiduis aliud exiſtimarunt, quam quod ipſam grauidam adhuc eſſe ſuſpicarentur. Quare conſilium ei dederunt, vt ad Thermas fontis acidi ad Rhenum (bey Elſaß am Rhein) ſeſe conferret. Ad quas illa Thermas, ſecuta ea in re Medicorum conſilium vt vidua mœſta & orba, vnica ancilla comitata, profecta eſt.

Verum enim vero, vt tandem menſe Iulio Anno, &c. 1584. eo loci venit ob Thermas, accidit, vt ibi inueniret Electorem Saxoniæ Auguſtum (qui paulo poſt in fata conceſſit) cū coniuge, nec non alios aliasq; Principes: qui ita loca præoccuparunt, vt ipſamet in diuerſorio locum manendi non inueniret: præſertim cum nemini notum eſſet, quæ qualisve matrona foret, quæ vnica tantum ancilla comitata veniſſet.

Porrò tandem eius loci Præfecto, quænam eſſet, ſignificans: & ſuum ei caſum, qui non ita pridem acciderat, commemorans, ægre ab ipſo hoſpitium ad ſequentem noctem obtinuit.

At vero ea ipſa in nocte, cum iam decima ageretur hebdomada à priori & proximo partu, DEVS Opt. Max. ipſam & mœſtam atque afflictam, & apud peregrinos pulcherrima prole maſcula, eaque viua, ditauit. Id quod ſtatim fando peruenit ad aures illuſtriſſimorum Principum: Et quidem Elector Moguntinus lautum & nobile puerperium inſtituit: Elector vero Auguſtus eidem mille Thaleros dono dedit. Quinetiam omne Ius hæreditariæ ſucceſſionis & feudorum ab

aliis

aliis repetitum, & huic ipſius filiolo hæredi videlicet legitimo, reſtitutum eſt: qui adhuc ad præſens eſt in viuis. Imp. Rud. II. Pap. Vrban. VII. Ioh. Wolff. *tom.2. lect. memorab. & recondit. centen.* 16.

16 Hæc exempla faciunt contra Phyſicos, qui negant, mulierem, quę ſemel conceperit, iterum antequam pariat, concipere valere: ſiquidem d. Serapia vltimum natum, poſtquam alios conceperat, haud dubie concepit. *gl. d. l. 3. verb. Quadrageſimum.* Et d. nobilis vidua, procul dubio, priore puello concepto, poſteriorem concepit. Superfœtationem hanc agnoſcit quoque Ioh. Ieſſen. *in ſuis Anatomic.*

17 Margarita Virboslai comitis in Cracouienſi regione vxor vno partu triginta ſex pueros viuos edidit. Mart. Cromer *lib.* 9. Guanguin. *in vita Bolcslai. V.* Vide Matth. Dreſſer. *Iſagog. hiſt. millen. 6. fol.* (*mihi*) 620.

18 Eo anno, quo Henricus II. Rom. Imp. mortuus eſt, Altaichij, inferioris Boiariæ monaſterio, mulier quædã filios ſimul enixa eſt quinque. Auentin. *lib. 5. Annal. Boior.*

19 Comitiſſa quædam Querfurtenſis vno partu fertur edidiſſe nouem infantulos, quos omnes ad vnum vſque voluit interimere: ſed patre forte fortuna aduentantē, conſeruati ſunt. Erneſt Brottuffus *lib. 4. cap. 4. hiſt. Anhaltinen. princip.*

20 Machtildis comitiſſa ab Hennenberg, filia Florentij IV. Bathauini comitis, ſoror Guilelmi Regis Rom. ſub Friderico II. Imp. mille quingentos, quatuordecim pueros ſimul genuit: qui in malluuio ab Othone Traiectenſi Epiſcopo auunculo eius ſacra aqua luſtrati ſunt, & poſt mortui. Auentin. *lib. 7. Annal. Boior.* Cuſpinianus 350. pueros habet.

21 Georg. Loyſ. *in Peruig. Mercur. obſer.* 187. hiſtoriam notauit, his verbis: Sic notatu digniſſima eſt hiſtoria, quam nobis in Hollandia, non procul Lugduno Batauorum Pagus Lausdun. exhibuit. Accidit enim, vt Hermanni comitis Hennebergiæ vxor, vno eodemque tempore 165. liberos enixa ſit. Licet vero incredibile hoc videatur, tamen locum me vidiſſe, & ex marmore totam hiſtoriam deſcripſiſſe, ſerio affirmare poſſum, quam adponere placuit. In fronte Epitaphij ſcriptum erat maiuſculis literis:

*En tibi monſtroſum nimis & memorabile factum,*
*Quale nec à mundi conditione datum.*

Inſcriptionem ſequebatur: *Margaretha Hermanni, comitis Hennebergiæ vxor, Quarti Florentii Comitis Hollandiæ & Selandiæ filia, Guilielmi Regis*

*Romanorum, ac poſtea Cæſaris ſeu Gubernatoris Imperii atque Alitheiæ Comitis Hannoniæ ſoror, cuius patruus Epiſcopus Traiectenſis, auunculi autem filius Dux Brabantiæ, & Comes Thuringiæ, &c. Hæc autem illuſtriſſima comitiſſa annos 40. circiter nata, ipſo die Paraſceues. nonam circiter horam, Anno Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſexto, 365. enixa eſt liberos, qui prius à Guidone ſuffraganeo Traiectenſi, omnes in duabus ex ære peluibus baptizati ſunt, quorum maſculi quotquot erant, IOHANNES, puellæ autem omnes ELISABETHAE vocatæ ſunt. qui ſimul omnes cum matre, vno eodemq; die fata conceſſerunt, atque in hoc Lausdunenſi Templo iacent ſepulti. Quod quidem accidit, ob pauperculam quandam fœminam, quæ ex vno partu gemellos in vlnis geſtabat pueros, quam rem ipſa admirata Comitiſſa, dicebat, id per vnum virum fieri non poſſe, ipſamq; contumelioſe reiecit. Vnde hæc paupercula animo perturbata ac perculſa, mox tantum prolium numerum ac multitudinem ex vno partu imprecabatur, quot vel totius anni dies numerentur. Quod quidem præter naturæ curſum obſtupenda quadam ratione ita eſt factum, ſicut in hac tabula in perpetuam huius rei memoriam, ex vetuſtis, tam manuſcriptis, quam typis excuſis Chronicis breuiter poſitum & enarratum eſt. DEVS ille ter Max. hac de re ſuſpiciendus, honorandus, ac laudibus extollendus in ſempiterna ſecula, Amen.*

Talis erat inſcriptio. in calce tabulæ extabat.

*Hac lege, mox animo lector ſtupefactus abibis.*

Vide Brotuff. *d.cap.*4. Alb. Cranz. *Vandal. Fulg. lib.*1.*c.*6. Ioh. Wolff. *lect. memor. & recondit. cent.*13.*fol.*559. Verum, vt obiter dicamus, præcedens & iſthæc vna videtur eſſe hiſtoria: niſi quod Autores in numero infantulorum varient: ſed penes alios eſto iudicium.

Iſenbertus Comes de Altorff vxorem habuit Irmentrudin. Hæc 22
cum pauperculam fœminam eodem partu tres liberos mares enixam vidiſſet, & tanquam impudicam reprehendiſſet, quod ex eodem viro tres ſimul filios ſuſcipere, impoſſibile videretur, ipſa poſt annum (Deo ſic eius ſuperbum iudicium confutante) abſente viro, 12. mares enixa eſt. Perterrita eo caſu, quod iam de ſua quoque pudicitia dubitari poſſe arbitraretur, Obſtetrici vndecim in proximo torrente Schercio mergendos committit, vnicum illa ſeruat. Paret Obſtetrix. Obuius fit illi comes, & quid velatum geſtet interrogat, Welfos (ſic enim lingua ſua Catulos vocabant) deformes ſubmerſuram ſeſe aſſerit. Mox ille: At permitte, inquit, vt videam, ſintne aliqui, qui venationi nobis inſeruire poſſint. Repugnat illa. Tandem coacta, infantes vndecim oſtendit, & negotium Comiti ita, vt geſtum erat, narrat. Imperat ergo Comes, vt factum apud vxorem ſuam diſſimulet, & fi-

lios educari præcipit. Exacto iam ſexennio, cum omnes viuerent, in arcem adduci iubet, atque illic coram omnibus amicis imprudentia vxoris detecta, veniam illi dedit, & filios porro duodecim æquali iure ſuos eſſe voluit, ſtatuitque, vt non comites de Altorff, ſed ex vetulę obſtetricis ominoſa voce, quę vitam illis vndecim dederat, Welfi vocarentur. Et gratitudinis ergo pro diuinitus ſeruata tam numeroſa prole, ipſo Altorfenſi oppidulo Cœnobium monialium conſtruxit. Hanc iſtius monaſtici loci originem eſſe, ex multorum ſenum, qui eadem ſeſe à ſuis parentibus & maioribus audiuiſſe narrabant, teſtimonio ſcribit Bruſchius *de monaſterio Vinearum.*

23 De his & aliis exemplis vide *Theat. hum. vit. vol. 2. lib. 5.* Philip. Camer. *Meditat. hiſt. cent. 2. cap. 66.* Hen Salmuth. *in not. ad Guid. Pancirol. rer. mem. lib. 2. cap. 10.*

24 Ex Duce Baruch Vandale vxor concepit, ac biennio prægnans fuit, & peperit infantem gredientem & loquentem. Et alibi: fœmina biennio vterum ferens, infantem loquētem enixa eſt. Albert. Cranz. item Auentin. *d. lib. 5. Annal. Boior.*

25 Sagunti infans in vterum protinus reuerſus eſt, eo anno, quo Saguntus (hodie Monuedrum Valentini Regni oppidum eſt) ab Annibale fuit deleta. Plin. *d. lib.* 7. *cap.* 3. Vide Martin. Delr. *diſquiſit. magicar. tom. 1. lib. 2. quæſt. 23. ibi: Monuedrum.*

## PARS VIII.

## De Fine Hominis.

### SVMMARIA.

1 *Primarius finis, propter quem à Deo Homo ſit factus.*
2 *Finis, ob quem homines liberos concipiant, atque edant.*
3 *Secundarius finis, propter quem Deus hominem creauit.* & num. 4. 5. 6. 7. 8.
9 *Omnes fructus rerum natura hominum gratia comparauit.*
10 *Quod ad vſum hominis inductum eſt, in fructu eſſe intelligitur.*
11 *Homo in fructu non eſt.*
12 *Homo non poteſt pignori dari.*
13 *Fructus eſt, pignori dare licere.*
14 *Creditor ſciens hominem pignori accipiens, relegatur.*
15 *Homo non poteſt vendi.* & n. 16.

17 *Ampliatur, vt nec parentes liberos vendere vel alio modo alienare poſſint.*
18 *Ex nimia paupertate pater recens natos liberos vendere poteſt.*
19 *Pater ad pinguiorem fortunam perueniens venditos liberos redimere debet.*
20 *Thraces publice liberos habent venales.*
21 *Moſcouitarum ritus filium vendendi.*
22 *Homo 20. annis maior ob pretij participationem ſeſe venundari paſſus efficitur ſeruus.*
23 *Tria hominum genera, ſcilicet liberi, ſerui, libertini.* & num. 24. ad num. 35.
36 *Debitor ſe obligare poteſt, vt creditori ex operis ſuis ſatisfaciat.*
37 *Debitor ſe ad carcerem obligare poteſt.* & n. 38. 39.
40 *An captiuus in criminali cauſa, datis fideiuſſoribus, poſſit relaxari, remiſſiue.*
41 *Carcer ad cuſtodiam, non pœnam, inventus.* & n. 42.
43 *Carcer infamia non notat, ſed damnum irreparabile adferre cenſetur.*

PRIMARIVS finis, ob quem Deus hominem fecit, fuit, vt iſte mundum contemplans illum agnoſceret, celebraret, in eiuſque præceptis fideliter ambularet. Lactant. *Epit. cap.* 10. Leuin. Lem. *de occult. nat. mirac. lib.* 1. *cap.* 1. Pet. Gregor. *Syntax. art. mirab. lib.* 8. *cap.* 5. *in fin. cum lib. ſeq. cap. vlt. ibi: hanc vitam contemplatiuam.* Pet. Frid. Mindan. *partit. Dialect. lib.* 1. *cap.* 8. *ibi: Quemadmodum omnes res naturales.* Ioh. Coraſ. *in l.* 2. *n.* 2. *ff. de ſtat. hom.* Ioh. Iacob. Wecker. *de ſecret. lib.* 1. *cap.* 7. Vide Hugo. Donell. *com. iur. ciuil. lib.* 2. *cap.* 4. Weſenbec. *com. Digeſt. tit. de rit. nupt. n.* 6. 1

Homines vero idcirco filios, filiasve concipiunt, eduntque, vt ex prole eorum, earumve diuturnitatis ipſis memoria in æuum relinquatur. *l. liberorum.* 220. §. *fin. ff. de verbor. ſignific.* vide Donell. *d. lib.* 2. *cap.* 5. 2

Secundarius finis, propter quem à Deo creatus eſt homo, fuit, vt nimirum omnibus rebus creatis dominaretur. Nam homo aliis omnibus creatis, tanquam Dominus, cuius gratia illa condita fuere, poſtremo creatus, eorumque dominium ipſi concreditum eſt. *Gen.* 1. *verſi.* 28. *Pſalm.* 8. Pet. Gregor. *Syntag. iur. vniuerſ. lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 3. Cæl. *antiq lect. lib.* 1. *cap.* 2. Ioh. Coraſ. *d. l.* 2. *num.* 1. *& l.* 4. *num.* 3. *ff. eod.* Iohan. Iacob Wecker. *ibid. cap.* 13. Cic. *de nat. Deor. lib.* 2. Polydor. Virgil. *de rer. inuent lib.* 1. *cap.* 4. 3

Homines ſunt quaſi cultores terræ conſtituti. Cic. *d. lib.* 2. *de nat. Deor.* 4

5 Hominis vtilitati agri omnes & maria parentia. *Cic.Tuſcul. lib.1.*

6 Homo ortus eſt, ad mundum contemplandum & mirandum. *Cic. de nat. Deor. d. lib. 2.*

7 Homo ſe non vnis mœnibus circumdatum popularem alicuius loci, ſed ciuem totius mundi, quaſi vnius orbis agnoſcat. *Cic. lib. 1. de legib.*

8 Ad hominum commoditates & vſus tantam rerum vbertatem natura largita eſt, vt ea, quæ gignuntur, donata conſulto nobis, non fortuito nata videantur, nec ſolum ea, quæ frugibus atque baccis terræ fœtu profundantur: ſed etiam pecudes, quod perſpicuum ſit, partim eſſe ad vſum hominum, partim ad fructum, partim ad veſcendum procreatas. *Cic. d. lib. 1. de leg.*

9 Non ſolum igitur hominis gratia omne ius (vti *ſupr. part. 1. in prin.* adſeruimus) conſtitutum, ſed etiam omnes fructus à rerum natura ſunt comparati *l. in pecudum. 28. §. fin. ibi: cum omnes fructus rerum natura hominum gratia comparauerit ff. de vſur. Inſt. de rer. diuiſ. §. in pecudum. verſ. abſurdum. ibi: cum omnes fructus.*

10 In fructu enim id eſſe intelligitur, quod ad vſum hominis inductũ eſt. *l. in fructu. 42. ff. de vſu & vſuf. leg.*

11 Homo vero fructui non accenſetur. *d. §. fi. & l. vetus. 68. verſ. neq; enim in fructu hominis homo eſſe poteſt. ff. de vſufr. & d. verſ. abſurdum.*

12 Vnde hominem oppignorare nefas eſt, *l. qui filios. 6. C. quæ res pignor. oblig.* Accedit Pet. Gregor. *d. Syntag. iur. vniuerſ. lib. 25. cap. 9. n. 6.* Hen. Bocer. *ad tert. Digeſt. part. diſp. 7. concl. 36. & claſ. 1. Diſp. diſp. 13. theſ* 19. Gail. *lib.* 8. *obſ. 45. n.* 4.

13 Quia fructus eſt, vel pignori dare licere. *l. fructus. 71. ff. de reg. iur. & l. vlt. ff. de vſur.*

14 Adeo, vt creditor ſciens hominem pignori accipiens, relegetur. *l. vlt. ff. d. t. quæ res pignor. oblig.*

15 Nec homo vendi poteſt. *l. ſed Celſus. 6 in prin. & l. ſi in 34. §. omnium. verſ. liberum hominem ſcienter emere non poſſumus. ff. de contrah. emt.* Accedit Pet. Gregor. *d. Syntag. vniuerſ. iur. lib. 25. cap. 7. n. 1.*

16 Homo etenim nullam recipit æſtimationem. *l. ex hac. 3. verſ. cum liberum corpus æſtimationem nõ recipiat. ff. ſi quadr. paup. feciſſ. dic. l. 1. §. ſed cum homo. verſ. quia in homine nulla corporis æſtimatio fieri poteſt. & l. fin. §. fin. verſic. quia liberum corpus nullam recipit æſtimationem. ff. de his, qui effuder. vel deiecer. item l. 1. ibi: corporum liberorum æſtimationem nullam fieri poſſe. ff. ad l. Rhod. de iact. gl. l. liber. 13. verb. nemo. ff. ad l. Aquil. & gl. l. ſi hominẽ. 47. verb. denegandam. ff. de ædil. edict.*

17 Imp-

Imo, parentes liberos vendendi, aliove modo alienandi ius non 17
habent. *l.1.C.de pat.qui fil.ſuos diſtrax.l.1 & l.Si filium.31. C. de liberal. cauſ.* Accedit Didac.Couarru. *Reſol.lib.3. cap.14.num. 4. verſic. tertio, & verſic. præter.*

Attamen propter nimiam paupertatem victus cauſa pater, non 18
etiam mater, liberos ſanguinolentos, hoc eſt, recens natos, quaſi adhuc matricis ſanguine maculatos vendere non prohibetur. *l.2.cum gl. verb. vendiderit.C d tit.de pat.qui filios ſuos diſtrax.* Accedit Franc.Viu.*com. opin.lib.2.pater poteſt n.1.* Did.Couar.*d.n.4.* Petr. Gregor.*d.cap.7.num.2.* Hen.Boccer.*d.tert.Digeſt.part.diſp.1 .concl.42.& d.claſ.1.diſp.4.theſ.21.* Aſcā. Clemen.*tract.de pat.pot.cap.6.effect.1.* Frid.Pruckman.*ad l.in multis.1.part. prin.memb.3.art.15.ff.de ſtat.hom.*

Sed ſi pater ad meliorem fortunam peruenerit, filium redimere 19
tenetur. Did.Couar.*d.n.4.verſ.quinto.* Franc.Viu. *d.pater poteſt. n.3.* vide Pet.Gregor. *d.c.9.n.7.ibi: & ſublatum.*

Thraces in mercatu liberos venundant. Herodot.*lib.5.* 20

Apud Moſcouitas pater habet poteſtatem filium quater venden- 21
di, ita, vt ſemel venditum quocunque tandem modo liberatum vel manumiſſum, denuo iure paterno vendere poſſit. Poſt quartam autem vēditionem nihil iuris amplius in filium habet. Guagnin.*deſcript. Moſcouiæ cap.4.*

Atſi 20.annis maior homo ob pretij participationem ſeſe venun- 22
dari paſſus fuerit; ex libero homine efficitur ſeruus, adeo, vt ad libertatem ei proclamare non liceat. *l.homo.25.ff.de ſtat.hom.& l.1.& l.3.ff.quibus ad lib.proclam.non lic.* Vide Petr. Gregor. *d.cap.7.n.1.* Nicol. Vigel. *Method.iur.ciuil.lib.6.cap.3.cauſ.3.* Hieron.Treutler.*ſelect.diſp. vol.1. diſp.2. theſ.3.*

Quāuis enim naturali iure omnes homines ab initio æquales, hoc 23
eſt, liberi naſcerentur, etiam communi nomine homines appellarentur: tamen poſtea libertatem ſeruitus, quam beneficium manumiſſionis eſt ſecutum, inuaſit, adeo, vt in vniuerſum tria hominum genera eſſe cœperint: ſc.liberi, ſerui, libertini. *Inſtit.de nat. gent. & ciuil.iur.* §. *Ius autem Gentium. verſ.iure enim naturali omnes homines ab initio liberi naſcebantur. & de libertin.§.quæ res. l.manumiſſiones.4.§.quæ res.de iuſt.& iur. item l. quod attinet.32. verſic. quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt. ff.de reg.iur.*

Bella etenim orta ſunt, ac captiuitates ſecutæ, & ſeruitutes naturali 24
iuri contrariæ. *d.§.ius autem gentium.verſ.bella etenim.*

D 25 Homo

25 Homo itaq; cœpit eſſe liber, aut ſeruus, aut his contrarius, libertinus. *Inſtit. de iur. perſon. in prin. & l. 3. ff de ſtat. hom.*

26 Liber à libertate (quæ eſt naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, niſi ſi quid vi aut iure prohibetur) vocatur. *Inſt eo. § 1. & l. libertas. 4. ff eod.*

27 Libertatis enim proprium eſt, ſic viuere, vt velis. *Cicero de offic. lib. 1.*

28 Liber autem homo ingenuus, aut libertinus eſt: ille, qui ſtatim, vt naſcitur, liber exiſtit: hic, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſus eſt, ſeu qui ſeruus eſſe deſiit. *Inſt. eod. § fin. verſ. in liberis. & de ingen. in prin. item d. t. de libertin. in princ. & §. quæ res. in fin. item l. & ſeruorum. 5. §. ingenui. cum l. ſeq ff. d. t.*

29 Serui, (qui etiam mancipia dicuntur, eo, quod ab hoſtibus manu capiuntur. *Inſt. d t. § ſerui. verſ. qui etiam mancipia & d. l. 4. in fin.*) ex eo ſunt appellati, quod Impp. captiuos vendere, ac per hoc ſeruare, nec occidere ſoliti fuerint. *d. § ſerui. in prin. & d. l. 4. §. ſerui.*

30 Seruitus eſt conſtitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam ſubiicitur. *Inſt. eo § ſeruitus. & d. l. 4. § ſeruitus.* vide tract. meum *de ſedit. n. 71. cum quatuor ſeqq.*

31 Ius gentium enim ſeruitutem introduxit. *Inſtit. de his, qui ſui vel alien. iur. ſunt. § in poteſtate. verſic. quæ quidem poteſtas iuris gentium eſt. & l. 1. §. 1. ff. eod.*

32 Tria vero cauſarum genera ſunt, quibus ſerui efficiuntur: *Prima* natiuitas; *Secunda* captiuitas; *Tertia* venditio ſui ipſius ob participandum pretium: cuius *ſupr. n. 22.* meminimus. D. Vigel *d. cap. 3.* Pet. Greg. *Syntag. vniuerſ. iur. lib. 14 cap. 1. cum ſeqq.*

33 Etſi quidem vitæ, neciſq; poteſtatem quondam Dominus in ſeruum habuerit: tamen ea mitigata fuit, & mutata, adeo, vt poſtea vltra modum in eundem ſæuire non licuerit. Vigel. *d. lib. 6. cap. 1. memb. 4. reg. 1. cum ſeq.*

34 Imo d. ſeruitus, ſicque libertinitas, hodie apud nos Chriſtianos omnino abolita eſt. Kling. *enarrat. Inſtit. de libertin. n. 2. & de ſeru. cognat. in fin. cum tit. ſeq. in princ.* Hieron. Treutler. *d. diſp. 2. theſ. 2. & diſp. 24. theſ. 11.*

35 Plura de ſeruitute vide apud Hug. Donell. *com. iur. ciuil. lib. 2. cap. 9. cum 10. ſeqq.* Theodor. Zwinger. *Theat. vit. hum. vol. 3. lib. 6. tit. ſeruitus herilis. fol. 814.*

36 Anne ſpecies ſeruitutis eſt, quum creditori debitor ad operas ſuas præſtan-

præſtandas ſe obſtringat, donec per earundem pretium æs alienum ſoluatur? Non: ſed quidam modus debitum ſoluendi, adhibita moderatione & ratione. Pet.Peck *de iur.ſiſt.cap 4.n.3.*

Debitor quoque ſe ad carcerem (qui eſt ſpecies ſeruitutis.Gail.*lib. 1.obſ.133 n.9.*) Pet.Gregor.*d.Syntag.iur.vniuerſ lib 22.cap 6 n 9.*) obligare poteſt, adeo vt ex ſolutionis mora capi, eidemq; mancipari queat. Pet.Peck.*eod.cap.5. n.15.* Gail. *lib 2. obſer.45.n.3.cum n.ſeq.* vide Pet.Gregor.*d cap.6.n.8.cum duob.num.ſeqq.* 37

Alias regulariter in pecuniæ cauſa, ſiue pro ciuili debito debitor capi vel incarcerari non debet. Gail.*lib.1.obſ.26.n.1.lib.2.obſ.44.in prin. & lib. 1.pac.publ cap.5. n.25.* Ioh.Baptiſt.Shwarzenthal.*Proceß iud lib.3. act.5 cap.4. n.15.* contradicit Pet. Peck. *d. cap. n. 2. ibi: aliasq̃, qui ſoluendo non ſunt, carceri de iure mancipari poſſunt.* Vide Petr. Gregor *d. lib.22.cap. 10.n.4. & lib.31. cap.33 n.15. cum duob. num.ſeqq.*Fachſ.*diff.iur.Ciuil.& Sax. part.4.diff.10.* Reinhard. *Diff.iur.ciuil.& Sax.part.4 diff.12.* 38

Incarceratus itaque in tali cauſa fideiuſſores dando, vel bonis cedendo liberatur. Gail. *d.obſ.26. n.11.& d.obſ.45.n.4. ibi: cum ſoluendo, vel bonis cedendo liberari poſſit, item n.6. ibi: nam ceſsio liberat debitorem à carceribus.* Pet.Peck.*d.tract. cap.45.*Pet.Gregor.*d.lib.22.cap.13.n.1.*Ioh.Baptiſt. Schwarzenthal.*d.cap.4 n.vlt.* 39

An captiuus in criminali cauſa datis fideiuſſoribus relaxari poſſit, Vide Gail. *d.obſ.26 in fin.* & *ibid.Bern.Grau.* Nicol.Vigel. *Method.iur.controuerſ.lib.5.cap.9. reg.5 except.6,* Tib.Decian. *tract.crim.tom.1.lib.5 c.33.n. 2,*Pet.Greg. *d.Syntag.iur.vniuerſ.lib.32.c.25.n.6.* 40

Carcer autem ad continendos, non puniendos homines eſt inuentus. *l. aut damnum.* 8.§. *ſolent.verſ.carcer.ff.de pœn.* Carol. V. Peinlich Halßgerichts ordnung / *artic.11. & artic.219.* Vide Petr. Gregor. *dict. cap.33.* 41

Secus de iure Canon. quo Clerici perpetuo etiã carcere puniuntur. *c.quamuis. 3.de pœn.in 6.*Accedit Iul.Clar. §.*fin.quæſt.70.verſic.pœna 4.& ibid Ioh.Baptiſt Baiard.n.6.*Gail. *d.obſ.26.n.7. cum n.ſeq.& d.lib. 1. pac. pub. cap.1. n.31. cum duob.num.ſeqq.* Tib.Decian.*d.tom.1.lib.2,cap.20. n. vlt.* Frid.Schenck à Taut. *Virid.concl.iurid.concl.98.* 42

Nec carcer infamat, ſed damnum irreparabile adferre cenſetur. Eman.Soarez. *com.opin.C.13.* Weſenb.*Com.Digeſt.tit.de his qui not.infam. n.6.verſ.ob id tamen ſolum.* 43

## PARS IX.

# De Hominis cum homine conſociatione.

## SVMMARIA.

1 *Natura inter Homines cognationem quandam conſtituit.* & num. 2. ad num. 9.
10 *Hominis intereſt, hominem beneficio affici.*
11 *Naturaliter ad remunerationem obſtricti ſumus.*
12 *Homo homini Deus ac lupus.* & n. 13. 14.
15 *Hominem homini inſidiari nefas.* & n. 16. 17.
18 *Capitis periculum propulſare, ſeque defendere licitum.* & num. 19. ad num. 25.
26 *Ampliatio.* & 27.
28 *Quæſtio de paribus armis.*
29 *Homini per hominem iniqua conditio inferri non debet.*
30 *Factum cuiq; ſuum, non alteri nocere debet.*
31 *Illatio.* & n. 32. ad num. 40.
41 *Præcepta iuris: honeſte viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere.*
42 *Quod quiſque iuris in alterum ſtatuit, eodem ipſe vti debet.* & n. 43. 44.

1 NATVRA inter hominem & hominem quandam conſtituit cognationem. *l.* 3. § *fin ibi: & cum inter nos cognationem quandam natura conſtituit. ff. de iuſt. & iur.*

2 Et Cicero teſtatur: à Diis conſtitutam inter homines ſocietatem. *lib.* 3. *offic.* Pet. Frid. Mindan. *partit. Dialect. lib.* 2 *cap.* 8 *axiom.* 6. Lactan. *de vero cul. lib.* 6. *cap.* 10.

3 Homo cum homine humana ſocietate eſt coniunctus. *Cic. Acad. quæſt.*

4 Homo eſt ad ciuilem ſocietatem natus. *Cic. lib.* 1. *de legib.* Ariſt. *de morib. lib.* 1. *cap.* 5.

5 Omne hominum genus inter ſe ſociatum eſſe intelligitur. *Cic. d. lib.* 1. *de legib.*

6 Itaque communem totius generis hominum conciliationem & conſociationem colere, tueri, ſeruare debemus. *Cic. lib.* 1. *offic.*

7 Homo eſt etiam ad tuendos, conſeruandosque homines natus. *Cic. lib* 3. *de fin.*

8 Et homines hominum cauſa ſunt generati, vt inter ſe alij aliis pro-

deſſe poſſent: in hoc naturam debemus ducem ſequi, & communes vtilitates in medium afferre, mutatione officiorum, dando, accipiendo, tum artibus, opera, tum facultatib. deuincire hominum inter homines ſocietatem. *Cic d.lib.1.offic.*

Et natura proxime & ſecundum Deos homines hominibus ma- 9
xime vtiles eſſe poſſũnt. *Cic lib.2.offic.*

Et beneficio hominem affici, hominis intereſt. *l.ſeruus.7. verſic.nec* 10
*videntur.ibi:cum beneficio affici hominem, interſit hominis ff.de ſeru.export.*

Imo naturaliter ad remunerandum obligati ſumus. *l.ſed & 25.§.* 11
*conſuluit.ff.de hered.petit.* Vide Henr.Bocer.*diſp.claſ.1.diſp.2.theſ.20.*

Homo autem homini non modo adiumento, ſed & nocumento 12
eſſe poteſt, adeo vt vulgo dicatur. Homo homini Deus ac lupus. Eraſ. *Adag.Chiliad. 1. Cent.1. adag.69.cum ſeq.* Polydor. Virgil. *Prouerb.lib.prouerb.1.*

Quoniam homines hominibus plurimum tam obeſſe, quam pro- 13
deſſe poſſe, ſcribit *Cic.d.lib.2.offic.*

Vt magnas vtilitates adipiſcimur conſpiratione hominum atque 14
conſenſu, ſic nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur. *Cic.ibid.*

Hominem autem homini nocere, ſeu (vti loquitur Iuriſconſult.) 15
inſidiari, nefas eſt. *d.l.3 § fin.ibi: Conſequens eſt, hominem homini inſidiari nefas eſſe.* Vide Gail. *lib.2. obſ.69.n.29.*

Et diri hominis, vel potius vix hominis videtur, periculum capitis 16
inferre. *Cic lib.2.offic.*

Sunt tamen his alij multum diſpares, ſimplices & aperti, qui nihil 17
ex occulto, nihil ex inſidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici. *Cic.d.lib.1.offic.*

Inſidias autem ſeu capitis periculum propulſare, ſeſeq; defende- 18
re, eſt permiſſum. *d.lib.3.in princ.*

Aduerſus periculum namq; naturalis ratio permittit ſe defende- 19
re, hoc eſt, vim vi repellere. *l.itaq; 4.in princ. verſ. nam aduerſus.ff.ad l. Aquil.& l.1.§ eum qui.verſ.vim vi repellere licere, Caß.ſcribit:idq; ius natura comparatur.ff.de vi & vi armat.*

Inſuper omnes leges, omniaque iura vim vi repellere concedunt. 20
*l.ſcientiam.45. §.qui cum aliter.verſ.vim.n.vi.ff.d.t.ad l. Aquil.* Concordat. *c.ſignificaſti.18.§.ſi vero.ibi: quamuis vim vi repellere omnes leges & omnia iura permittant.de homicid.*

Cicero id eleganter depingit: *eſt hac, iudices,* inquiens, *non ſcripta, ſed* 21

*nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreßimus, ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus: vt ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, in tela aut latronum, aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expedienda ſalutis. Orat. pro Milone.* Vide eiuſd. *lib.1. offic.* Henr. Bocer. *claſ.5. diſp.1 theſ.12.*

22 Adeo, quod quiſque ob corporis ſui tutelam fecerit, iure feciſſe exiſtimetur. *d.l.3. in prin. verſ. nam iure hoc venit.*

23 Defenſorq; propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videatur. *l.3. in fin. C. ad l. Cornel. de ſicar.*

24 Imo defenſio in tantum conceſſa eſt, vt quis defendendi cauſa aggreſſorem interimere poſſit. *d.l.4. cum l. ſeq. & l. is qui.2. cum duab ll. ſeqq. C. d.t. ad l. Corn. de ſicar.* Concordat 13. *q.2. c. vlt. verſ. ſi autem.23. q.2. c. cum homo. & c. ſi homicidium.* Accedit Bart. Romul. *in l.3, n.9. ff. de iuſt. & iur.* Nic. Vigel. *Meth. iur. controuerſ. lib.1 c.13. memb. de homicid. except. gen.5.* Hen. Bocer. *d. loc. theſ.11.*

25 Non enim eſt iniquitatis, ſed potius humanitatis ſocietate deuinctus, qui propterea eſt criminis perſecutor, vt ſit hominis liberator. *d. q.5. c. non eſt.*

26 Ac quamuis defenſor fugere queat, non fugiat, ſed occidere malit, vel alias inculpatę tutelę moderamen exceſſerit: non ordinaria pœna *l. Cor. de ſicar.* ſed extraordinaria adfici debet. Nicol. Vigel. *d. gen. except.5. repl.1. cum repl. ſeq.* Georg. Obrecht. *diſp. ex d.l.3. theſ.194 ad theſ.203.* Vide Iacob. Menoch *de arbit. iud. lib.2 cent.3. caſ.278. cum caſ. ſeq.* Hen. Bocer. *alleg loc. theſ.21. & theſ.26.*

27 Verum ſi quis homicidium cõmiſerit: cum ſine eodem defendere ſe potuerit: ei pœnitentia iniungitur. *c. interfeciſti. 2. d.t. de homicid.*

28 Nunquid defenſor paribus armis vti, adeo vt inermis cum inermi, armatus cũ armato pari telorũ genere congredi debeat? Etſi nonnulli affirment: tamen cum nuſquã in Iure legatur, imo legibus ac rationib. queat impugnari, cum negantib. aſſentior. Georg. Obrecht. *d. diſp. theſ. 176. vſq; ad d. theſ.194.* Ant. Gomez. *Reſol. lib.3 c.3. n.22. verſ. quod extende etiamſi aggreſſor.* Ioh. Coraſ. *in l. vt vim.3. n.7. ff. de iuſt. & iur.* Hen. Bocer. *eod. loc. theſ.24.*

29 Præterea homini per hominem iniqua conditio inferri non debet. *l. non debet.74. ff. de reg. iur.*

30 Et factum cuiq; ſuum, non alteri nocere debet. *l. factum.197. in prin. ff. eod.* vide Matth. Gribald. *de rat. ſtud. lib.1. c.10.*

31 Vndę primo infertur, quod ratihabitio in tertij præiudicium fieri

Secundo, infertur, quod factum vnius non poſſit alteri prodeſſe, 32
vel obeſſe. Nic. Vigel. *Meth.iur.ciuil.lib.15.c.17.*

Tertio infertur, quod quis conſilium ſuum in alterius iniuriam 33
mutare nequeat. *l.nemo.75.ff.eod.concordat c.mutare.33.de reg.iur.in 6.*

Quarto infertur, quod mora vnicuique ſua noceat. *l. in condemnatione 173.§.pen.ff.eod.& l.mora.32.§.ſed ſi duo.ff.de vſur.* concordat *c.mora.25.d.t.de reg.iur.in 6.* 34

Quinto infertur, quod pupillo neque interdicto, neque in cæteris cauſis dolus tutoris, ſiue ſoluendo, ſiue non ſit, nocere debeat. *l.ne quis.158.ff.d.t.de reg.iur.& l.Etſi.4.ff.quan.ex fact.tutor.* 35

Sexto infertur, quod quis alterius odio non debeat prægrauari. *c. non debet.22.d.t.de reg.iur.in 6.* 36

Septimo infertur, quod innocenti filio patris delictũ pœnæ haud ſit. *l.crimen.26.ff.de pœnis.l.2.§.nullum.ff.de decurion.* 37

Fallit in læſæ maieſtatis crimine; in eo enim innocentes etiam damnatorum liberi puniuntur. Hen. Caniſ. *in d.c. non debet. 22. ibi: exiſtunt tamen caſus.* Nicol. Vigel: *d.c.13.memb.1.reg.*10. Tib. Decian. *crim.tractat. tom.2.lib.7.c.41.n.17.cum ſeqq.* 38

Octauo infertur, quod pater pro filio, & contra filius pro patre nõ occidatur, ſed vnuſquiſq; pro peccato ſuo moriatur. Deut.24.*verſ.16. & 4.Reg.14.verſ.6.Paralip.25.verſ.4.item Ezech.18.verſ.20.* 39

Nono infertur, quod quis cum alterius detrimento, & iniuria non fieri debeat locupletior. *l.nam hoc.14.ff.de condict.indeb.l.iure 6. in fin.ff.de iur.dot.& l.iure.206.ff.d.t.de reg.iur.* Concordat *c locupletari.48.d.t. de reg. in 6.* Et Cic. dicit: *magis eſt contra naturam hominem homini detrahere ſui commodi cauſa, quam omnia incõmoda ſubire vel externa, vel corporis, vel etiam ipſius animi, quæ vacent iuſtitia. offic.lib.3.* 40

Imo (vt ſummatim dicamus) iura homini præcipiunt, vt honeſte viuat, alterum non lædat, ſuũ cuiq; tribuat. *Inſt. de iuſt. & iur.§.iuris præcepta.& l.iuſtitia.10.iuris præcepta.ff.eo.* vide Hug. Don. *com.iur.ciui.lib.2 c.1.* 41

Quod autem quiſq; iuris in alterũ ſtatuerit, eodem ipſe vtatur. Nic. Vigel. *Meth.iur.ciuil.lib.2 c.28.memb.5.* Weſenb. *com.Digeſt.tit.quod quiſq; iur. in alter.ſtat:* Nam 42

Quod tibi non fieri vis, tu ne feceris vlli. Hoc dictum Imperator 43
Alexander Seuerus tanti fecit, vt in palatio paſſim, alicubi etiam in publicis monumentis incidi curauerit. *Lamprid.*

Et prout vultis, vt faciãt vobis homines, & vos facite illis ſimiliter. 44
*Luc.6.v.3.* vide Phil. Cam. *med.hiſt.cent.* 1.c.98. Pet. Loriot. *tract.de priuil.*

PARS X.

## De hominis cum homine ſimilitudine.

SVMMARIA.

1 *Natura tanta vis, vt nemo velit, niſi hominis ſimilis eſſe.*
2 *Partus mulieris monſtroſus, aut prodigioſus, humano generi non accenſetur.*
3 *Monſtri definitio.*
4 *De monſtris, oſtentis, prodigiis, remiſſiue.*
5 *Gigas & pumilio hominum generi adnumerantur.*
6 *Partus minus principalibus membris deſtitutus homini connumeratur.*
7 *Partus membrorum officia amplians vel minuens hominum generi accenſetur.*
8 *Exemplum.* & n.9.10.11.
12 *Vnicum teſticulum habens militare, generare, & adoptare poteſt.* & num. 13.14.
15 *Hermaphroditus quis ſit.* & n.16.17.
18 *Hermaphroditus incaleſcenti Sexui comparatur.*
19 *In dubio Hermaphroditus maſculo comparatur.*
20 *Hermaphroditus, in quo virilis ſexus valet, teſtis teſtamento adhiberi poteſt.* & n.21.
22 *Hermaphroditus, in quo ſexus virilis incaleſcit, poſthumum hæredem poteſt inſtituere.* & n.23.
24 *Hermaphroditus feudi capax.*
25 *Homo ſine dentibus naſcitur.*
26 *Dentes quando naſci ſolent.*
27 *Exemplum.*

1 CVM autem hominem non diſſimilem hominis eſſe oporteat: Naturæ enim tanta vis eſt, vt nemo velit, niſi hominis ſimilis eſſe, vt loquitur Cic. *lib.1. de nat. Deor.*

2 Conſequitur itaque, mulieris partum, qui ad monſtrum vel oſtentum declinet: (nimirum, ſi contra humani generis formam conuerſo more faciem in tergo pectoreve habeat: vel contra naturam membra ampliet (vt ſi duo capita, vel tres manus totidemve pedes teneat) ſimilem hominis non haberi, nec eiuſdem iuri accenſeri. *l. non ſunt. 14. in prin. & ibid Iohan. Coraſ. ff. de ſtat hom. l. oſtentum 38. ff de verb. ſign. l. 3. C. de poſthum hæred. inſtit.* Hier. Treutler. *Select. diſp. vol. 1. diſp. 2. theſ. 5.* Weſenb. *com. Digeſt. tit. d. ſtat. hom. n. 3.* Vide Paul. Diacon. *lib. 13. in vita Theodoſ.* Iacob. Cramer. *diſcept. 2. poſit. 5.*

Monſtrum eſt aberratio naturæ ab eo fine, quem illa ſibi propo- 3
ſuerat. Pet.Frid.Mindan.*partit.Dialect.lib.*1.*c.*8. vide Coraſ.*d.l non ſunt.* *n.*3. Barth.Keckerman.*ſyſt phyſ.lib.*5.*cap.*3.

De monſtris,oſtentis,vel prodigiis, vide Conrad.Lycoſth.Iul.Ob- 4
ſequent.Leuin.Lem.*de occult.nat mirac.lib.*1.*c.*8. *&* *c.*15. Frid.Nauſeæ Epiſc. Vien. *mirab.lib.*7.M.Marci Frytſch. *Catalog.prodig atq; oſtent.* Caſp. Torell. *tud.vniuerſ.de Portent.* Iob.Fincel.Iſidor.*orig.lib.*11.*c.*3. Bapt.Fulgoſ.*lib.*1.*c.*4.

Ille autem partus,in quo humana forma perfecta, præter cætero- 5
rum naturã,vel inuſitata corporis magnitudine aucta (qualis eſt Gigas:de quo vide Thom.Facell.Iohan.Caſſion.Mart. Delr. *diſquiſ. mag.* 2.*lib.quæſt* 15.*Theat.vitæ hum vol.*2. *lib.*2. Paul.Merul. *Coſmograph.part.* 1. *lib.*3.*cap.*14.) vel nimia paruitate (qualis eſt pumilio: de quo Delr.*d.lib.* 2.*quæſt.circa fin.*Merul.*d cap.*14.)eſt inclinata, etſi monſtrum improprie dici valeat: tamen hominis ſimilis habeatur,eiuſdemque iure cenſeatur. Ioh.Dauth.*tract.de Teſtam.memb.de inſtit hæred.n* 308.

Partus etiam,qui principalia membra ( puta manus , pedes, ocu- 6
los,aures) minuit,homini connumeratur,eiuſque iure gaudet.*l.quod dicitur.*12.*ff.de lib.& poſthum.hæred.inſtit.* Iohan.Dauth.*d.loc.n.*11.

Sic partus, qui membrorum officia aut ampliat, (vt ſi ſex digitos 7
habeat:vel tribus teſticulis naſcatur: vel vtriuſque ſexus ſit: vti Hermaphroditus) aut minuit, ſi ſcil. quatuor paucioreſve digitos: vel nullum, vel vnum teſticulum, vel fractos, vel attritos teſticulos habeat:velut Eunuchus,caſtratus,ſpado,Thlaſiæ, Thlibiæ,)homini adnumeratur,eiuſque iuris particeps eſt *d.l.non ſunt.*12.*in fin.cum gloſ.*Ioh. Dauth.*eod loc.n.*110 Vide *Theat.hum.vit.d.vol.*2.*lib.* 4. Pet. Greg. *partit. iur.Canon.lib.*2. *tit.*3.*cap.*4.

Gethæus Gigas ſenos & manuum ac pedum digitos habuit. 2.*Reg.* 8
21.*verſ.*2.*& Paralip.*20.

M.Curiatij ex patricia gente duæ filiæ ob ſenos in manibus digi- 9
tos, ſedigitæ fuere appellatæ:Et Volcatius ſedigitus dictus eſt:C.Plin. *nat.hiſt.lib.*11 *cap* 43.

Franciſcum Philelphum tres habuiſſe teſticulos proditum eſt. 10
Ioh.Coraſ.*in l. non ſunt.* 14.*n.*6 *ff.de ſtat.hom.* Cæl.*antiq.lect.lib.*17.*c.*12

Syllam & Cottam , inſignes Duces vno teſticulo præditos fuiſſe narratur. *l.*4.§.1.*ff.de re milit.*

Vnde is,qui cum vno natus eſt teſticulo,vel eum amiſit, militare 11
poteſt.*d.l.*4.*in prin.*

13 Generare etiam valet, qui vnicum teſticulum habet. *l. Pomponius. 6. §. fin. ibi: ſicuti illum, qui vnum teſticulum habet, qui etiam generare poteſt. ff. de ædil. edict.*

14 Adoptare quoque poteſt, qui vnum duntaxat habet teſticulum. Argumento à contrario, aut à minori ad maius ducto. *Inſtit. de adopt. §. Sed & illud.* Vbi cum illi, qui generare nequeunt, (quales Spadones exiſtunt) adoptare poſſint, ſequitur, quod illi, qui valent generare, adoptare etiam queant: Vel cum Spado, qui generare nequit, poſſit adoptare, multo magis ille, qui vnico teſticulo præditus eſt, & (vti diximus) generare poteſt, & adoptare queat, *& l. 2. §. illud. l. adrogato. 40. §. fi. ff. eod. item l: ſed eſt. 6. ff. de lib. & poſthum. hæred. inſtit.*

15 Hermaphroditus (qui etiam Androgynus dicitur. C. Plin. *d. lib. 7. c.* 3. Ioh. Borcholt. *de feud. cap. 5. n. 45.*) eſt, qui cum mare & fœmina participat, hoc eſt, vtriuſq; genitalia membra habet. *gl. l. quæritur. 10. in prin. & ibi Ioh. Coraſ. ff. d. t. de ſtat. hom.*

16 Qui vitioſus infamiſque conceptus nonnunquam ex indecoro concubitu conflatur: cum præter vſum, ac commoditatem exercendæ Veneris vir ſupinus, mulier prona decumbit, magno plerunque valetudinis diſpendio, vt qui ex inuerſo illo decubitu hernioſi efficiantur, præſertim cum diſtento, oppletoq; cibis corpore inuſitata hac inconceſſaque Venere vtuntur. Leuin. Lem *d. lib. 1. cap. 9.* Iohan. Bapt. Port. *mag. nat. lib. 2. cap. 24.*

17 Natura omnis abhorret à mixtura ſexuum. Ideo hermaphroditus nunquam vtroque ſexu æqualiter valet: ſed aut generare valet, aut concipere. Et licet Hippocrates exiſtimarit, viris id tantum accidere, vt hermaphroditi ſint: tamen experientia reclamat, id & in fœminis vſu venire: ita vt ſemper vnus ſexus potior ſit. Ioh. Daut. *alleg. loc. n. 310.* Iohan. Coraſ. *d. l. quæritur. n. 6.*

18 Ei autem ſexui, qui in eo præualet, hermaphroditus comparatur. *d. l. quæritur. 10.* Accedit Hier. Treutler. *Select. diſp. vol. 1. diſp. 2. theſ. 1.* Frideric. Pruckman. *in proœm. l. in multis. num. 7. ff. de ſtat. hom.* Weſenbec. *d. num. 3.*

19 In dubio pro mare hermaphroditus habetur. Ioh. Dauth. & Weſenb. *d. loco.*

20 Qualitas igitur incaleſcentis ſexus virilis oſtendit, quod Hermaphroditus ad teſtamentum teſtis poſſit adhiberi. *l. repetundarum. 15. in fi. ff. de teſtib.*

21 Siquidem mulier teſtamento teſtis adhiberi nequit. *1. lib. vlt. part. 2. art. 15.*

Sic ſi

Sic ſi virilia hermaphrodito præualeant, ab eo poſthumus hæres inſtitui poteſt. *l.ſed etſi. 6. in fin. ff. d.t. de lib & poſthum. hær. inſtit.* 22

Nam mulier poſthumum hæredem inſtituere nequit. 1. *d. part.* 2. *art.* 30. 23

Ad feudi quoque ſucceſſionem hermaphroditus ſecundum eum ſexum, qui in eo præualet, admittitur. Ioh. Danth. & Weſenb. *alleg. loc.* Ioh. Borcholt. *d.n.* 45. Georg. Obrecht. *diſp feud. diſp.* 4. *cap.* 2. *theſ.* 177. *cum quatuor ſeqq.* Henr. à Roſenthal *Synop. iur. feud. cap.* 7. *concl.* 72. Herman. Vult. *lib.* 1 *de feud. cap.* 9. *n.* 61. Iohan. Schôner. *diſp. feudal. lib.* 1. *diſput.* 2. *theſ.* 53. 24

Homo etiam non ideo, quod edentulus naſcatur, minus ſanus exiſtit, donec dentes adipiſcatur. *l. cui dens.* 11. *ibi: præſertim cum ſine dentibus naſcimur; nec ideo minus ſani ſumus, donec dentes habeamus, ff. de ædil. edict.* 25

Dentes enim in ſeptem primis menſibus, & ſeptenos ex vtraque parte fieri, & cadere annis ſeptenis, & genuinos annaſci annis fere bis ſeptenis, ſcribit A. Gell. *noct. Att. lib.* 3. *c.* 10. C. Plin. *nat. hiſt. lib.* 37. *ibi: Cæteris cum ipſis (ſcil. dentes) naſcuntur: homini poſtquam natus eſt ſeptimo menſe.* Et *ibi: homini nouiſſimi, qui genuini vocantur, circiter viceſimum annum gignuntur, multis & octogeſimo.* 26

Sane quidam homines cum dentibus procreantur: vt Cn. Papyrius Carbo, & M. Curio dentatus ob id cognominatus: quidam vice dentium continui oſſis ornantur ſoliditate: qualem filium Bithyniorum Rex Pruſias habuit. C. Iul. Solin. Polyhiſt. *cap.* 4. C. Plin. *nat. hiſt. lib.* 7. *cap.* 16. vide *Theat. vit. hum. d. vol.* 1. *lib.* 2. 27

## PARS XI.

## De Hominis vita.

### SVMMARIA.

1 *Homo non modo per ſe, ſed & liberos viuere intelligitur.* & n. 2. 3. 4.
5 *Qui pro Republ. ceciderunt, per gloriam in perpetuum viuere cenſentur.*
6 *Virtute præditus perpetuo viuere dicitur; etſi ſit mortuus.*
7 *Exemplum.* & n. 8. 9.
10 *Græcorum inſtitutum.*
11 *De vita diuturnitate, remiſſiue.*
12 *Carmen Autoris de Leonide Duce Lacedæmoniorum.*

1 VERVM homo cum per ſe, tum per liberos ſuos viuere intelligitur.

2 Per ſe quidem homo ad centum annos viuere præſumitur: quia is finis vitæ longæui hominis eſt. *l. an vſuſfr.* 5.6. *ff. de vſufr. l. ſi vſuſfr. ff.* 8. *de vſu & vſuf. leg.* Nic. Vig. *Meth. iur. controuerſ. lib.* 1. *c.* 11 *verb. viuere.* Sebaſt. Med. *tract. mors om. ſol. part.* 1. *n.* 74. Matth. Weſenb. *conſil.* 11. *n.* 40.

3 Cor augeri per ſingulos annos in homine, ac binas drachmas ponderis ad quinquageſimum annum accedere: ab eo detrahi tantundem, & ideo non viuere hominem vltra centeſimum annum defectu cordis, Ægyptij exiſtimant, quibus mos eſt, cadauera aſſeruare medicata, vti ſcribit C. Plin *nat. hiſt. lib.* 11. *cap.* 37.

4 Per liberos vero eorumque prolem diuturnitatis memoria in æuum per gloriam homini relinquitur: ideo enim (vt *ſupr. part.* 8. *num.* 2. adſeruimus) filios filias ve concipimus atque edimus, vt ex prole eorum, eatum ve diuturnitatis memoriam nobis in æuum relinquamus. Accedit Lancellot. Conrad. *tractat. Templ. om iud. lib.* 1. *cap.* 1. §. 4. *in fin. num.* 7.

5 Illi, qui pro Rep. ceciderunt, in perpetuum per gloriam viuere intelliguntur. *Inſt. de excuſat. tutor. vel curat.* § *filij autem. verſ. hi enim. & ibi* Nicaſ *de Voerda. n.* 7. Lancellot. Conrad. *d loc. n.* 5. D. Georg. Acac. Enenckel. B. *de priuil, milit. lib.* 2. *priuileg.* 31. Vide *in lib.* 4. *part.* 2 *memb.* 2. *art.* 1. *num.* 14.

6 Plane quiuis virtute præditus perpetuo viuere dicitur, licet mortuus. Lancellot. Conrad. *eod. n.* 6.

7 Codrus Athenienſium Rex, cum in bello Peloponneſiaco accepiſſet oraculo, victricem fore gentem, cuius princeps bello periret: gregarium ſe fingens militem inimicis occidendum præbuit. Polyæn. *lib.* 1. Iuſtin. *hiſt. lib.* 2. Petr. Gregor *Syntag. iur. vniuerſ. lib.* 24. *cap.* 10. *n.* 4. *& de Rep lib.* 8. *cap.* 1. *n.* 17. Val. Max. *lib.* 5. *cap.* 6. Plutarch. *in parallel. & in vitis.* Sabell. *lib.* 8.

8 Riſaces Equiſo mortem ſponte ſubiit, vt patriam ab Perſarum obſidione liberaret: mutilatis enim ſibi ipſi naribus & auribus, ad Perſas transfugit, eoſque in vaſtas ſolitudines, vnde neque progrediendi neque reuertendi poteſtas concedebatur, deducens, à Chiliarcho capite plexus fuit. Polyæn. *lib.* 7 Pet. Gregor. *de Rep. lib.* 22. *c.* 11. *n.* 6.

9 Cælius (aliis Lælius) Prætor Vrbanus, cum ei ius dicenti picus in capite inſediſſet, & Aruſpices reſpondiſſent, dimiſſa aue, hoſtium victoriam fore; necata Pop. Rom. ſuperiorem, ac Cælium cum familia

periturum: auem occidit. Qua occiſa, Rom. Exercitu vincente ipſe cum 14. Cæliis ex eadem familia in prælio eſt occiſus. Front. *lib.* 4. *c.* 5. Plura exempla vide *Theat.vit.hum.vol.*18.*lib.*2.

Græci olim in bello pro Rep. defunctos ſolennibus laudibus proſecuti ſunt, filioſq; eorum publicis ſumtib. aluerunt. Pet. Heig. *Com. Inſtit. de excuſat. tut vel cur. in prin. n.*11. Phil. Cam. *cent.*1.*medit.hiſt.c.*3. *ibi: huc referri poteſt.* 10

De vitæ diuturnitate, vide *Theat. vit. hum. volum.* 2. *lib.* 3. *fol.* (*mihi*) 307. 11

Huc libet adſcribere carmen, quod quondam de Leonide Duce Lacedæmoniorum luſi: 12

*Magnanimi Heroës, pugnando vulnera paſſi,*
*Ob caram patriam qui cecidere ſuam:*
*Certe magnifica ſemper ſunt laude canendi,*
*Fortia geſta ſimul ſunt referenda libris:*
*Corpora marmoreis rite imponenda ſepulcris,*
*Ac ſtatuenda ipſis magna trophea viris:*
*Ne nos illorum capiant obliuia quondam,*
*Sed maneat ſemper nomen, honorq́, fides.*
*His quid opus? tales namq́, aſpernantur honores,*
*Iſtaque contemnunt præſtita dona ſibi:*
*Egregium tumuli decus arma ſat eſſe putantes*
*Non ſtatui cupiunt clara ſepulcra ſibi.*
*Cum clypeisq́, ſuis gaudent fulgentibus ipſi,*
*Vt ſua duntaxat membra tegantur humo.*
*Illorum famam delebit nulla vetuſtas:*
*Sit quamuis tumuli gloria parua ſui.*
*Ille Leonides veluti vir fortis in armis,*
*In patriam inſigni qui pietate fuit.*
*Vellet enim Xerxes cum bellum inferre Pelaſgis,*
*Ingentem populi colligeretq́, manum.*
*Ecce Leonidem belli Regemq́, Ducemq́,*
*Mox Lacedæmonij forte creare viri.*
*Ipſe ſuæ patriæ magno ſuccenſus amore*
*Arma capit, gaudet Dux gregis eſſe ſui.*
*Et ſubito arma, monet, poſcat, rapiatq́, iuuentus,*
*Pugnet & ob patriam fortiter inde ſuam:*

*Cum paucis noctu ruit in tentoria Xerxis,*
*Illi fallaces inſidiasq́; parat.*
*Fallitur aſt fallens, nec non ſpes fallit inanem:*
*Non corpus Regis lædere namq́; valet.*
*Caſtra per hinc graſſans, nunc hunc, nunc ſternit & illum,*
*Demittens letho corpora multa virum.*
*Vulnere confoſſus tandem procumbit & ipſe,*
*Pro Patria paſſus vulnera multa ſua.*
*Illa commiſſa pugna cecinere receptui,*
*Vt ſua confeſtim quiſque ſtatiua petat.*
*Interea orta dies tum ſpargit lumine montes,*
*Seque alto tollunt gurgite Solis equi:*
*Vectus equo Xerxes per caſtra cadauera luſtrat,*
*Marte ſuo aduerſo qui cecidere virum:*
*Forte Leonidem ſparſumq́; cruore tuetur,*
*Fata ſuam ob Patriam qui ſua paſſus erat.*
*Quo viſo eſt hoſtis ſortem miſeratus iniquam,*
*Ore, trahens gemitus, talia dicta tulit:*
*Eheu nullius, quæ te virtutis egentem,*
*Magnanime o Heros, abſtulit atra dies?*
*Anne inhumatus humi, fas eſt,' ſic te te iacere,*
*Qui tamen es ſummo dignus honore coli?*
*Et cum crudeli virtus laudetur in hoſte,*
*Non tibi vt hoſtis ego, ceu ſed amicus ero.*
*Talia dicta dabat Xerxes, & veſte tegebat*
*Purpurea fortis grandia membra Ducis.*
*Horrendum auditur dictu mirabile monſtrum,*
*Ad Regem Vmbra DVCIS talia verba facit:*
*In me quæ confers iam nunc, tua munera ſperno,*
*Proditor hæc capiat debita dona ſibi,*
*Namq́; mei magnum decus eſt mihi parma ſepulcri:*
*Non cupio Perſas munera ferre mihi:*
*Vt Lacedæmonius fortis tamen ibo ſub vmbras,*
*Sit licet hic tumuli gloria parua mei.*
*Geſtarum rerum viuet poſt funera virtus,*
*Laudeq́; poſteritas tollet ad aſtra poli.*
*His ego contentus donis, non plura requiro,*
*Sed placida in buſto pace quieſco meo.*

## PARS XII.

# De Hominis morbis.

SVMMARIA.

1 *Homo infinitis miſeriis, morbiſq; ſuppoſitus:*
2 *Chriſtus præcipuus Medicus noſter.*
3 *Infirmi hominis prima cura, vt Chriſti opem imploret.* & n. 4.
5 *Secunda cura morbo afflicti hominis, vt peritus Medicus accerſatur.* & n. 6. 7.
8 *Medici potiſſimum officium quod ſit.*
9 *Æger ſe Medico committat, adhibitaq; medicina vtatur.* & n. 10. 11.
12 *Ob Imperitiam culpæ Reus Medicus.* & n. 13. 14. 15. *Item* n. 17.
18 *Medicus ob culpam extra ordinem punitur.*
19 *Dolo malo lethale pharmacum præbens Medicus ordinaria pœna afficitur.*
20 *Quæſtio remiſſiue.*
21 *Medicus requiſitus ægrotum non curans de homicidio tenetur.*
22 *Medico, qui nihil neglexit, euentus mortalitatis non imputatur.*
23 *Non idcirco, quia omnes ægri non conualeſcunt, nulla medicina eſt.*
24 *Medico ſalarium dandum, etſi æger non conualuerit.*
25 *Quæ actio ob ſalarium Medico detur.*
26 *Medicus de iuſto moderatoq; ſalario cum ægroto paciſci poteſt.*
27 *Quæſtio & Reſponſio.*
28 *Medicus ſalario ac honore dignus.*

HOMO autem, quam primum in hunc mundum fuerit natus, innumeris calamitatibus atque miſeriis, maxime animæ & corporis cruciatibus, ſiue morbis, (de quibus vide *Theat. vit. hum. vol. 2. lib.* 4. Pet. Greg. *Syntax. art. mirab. lib. 28. cap.* 8.) cum ob primorum parentum lapſum, tum peccata propria obnoxius eſſe incipit: quemadmodum Chriſtus in homine ſanato, qui per 38. annos ægrotauerat, oſtendit, inquiens: Ecce ſanus factus es; iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. *Iohan 5. verſ.* 14. 1

Quibus tamen morbis Chriſtus vnicus Seruator & Medicus noſter, cum mediate tum immediate mederi poteſt. *Exod. 15. v.* 27. quia ſicuti per vnius hominis Protoplaſti peccatum mors & morbi: ita per vnum hominem verumq; Deum Chriſtum vita, atq; à morbis animæ & corporis curatio & ſalus inducta. Paul. *Rom. 5. verſ. 12. cum ſeqq.* Vide Petr. Gregor. *d. lib. 28. c.* 3. Ioachim. à Beuſt. *Enarrat. Euangel. Dom. Iubilate. item Dom. 19. & 24. poſt Trin.* 2

Cum igitur homo in quem forte ceciderit morbum, prima ei cu- 3

ra eſto, vti ad Medicorum Coryphæum, ipſum Chriſtum, humili & contrito corde confugiens ardenter & continue oret, quo ſecundum benignam voluntatem ſuam morbum ſuo tempore vel remediis aliquibus (quibus benedicere velit) vel nullis interuenientibus repellat, ac diuturniorem vitam iſto in ſeculo largiatur, aut ſi eandem prorogare nolit, clementer finiat, in alteroque æuo ſempiterna gloria beet. Vnde Syracides inquit: *Fili, in tua infirmitate ne deſpicias teipſum, ſed ora* DEVM, *& ipſe curabit te; auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum. Da ſuauitatem & memoriam ſimilaginis, & impingua oblationem, & da locum Medico. Etenim illum Dominus creauit: & non diſcedat à te: quia opera eius ſunt neceſſaria. Est enim tempus, quum in manus illorum incurras: ipſi vero Dominum deprecabuntur, vt dirigat regem eorum & ſanitatem, propter conuerſationem illorum. Qui delinquit in conſpectu eius, qui fecit eum, incidet in manus Medici. 38. verſ. 9. cum ſeqq.*

4 In hocque non ſibi ſequendum proponat exemplum Aſæ Regis, qui in infirmitate ſua non quęſiuit Dominum, ſed magis Medicorum arte confiſus eſt. 2. *Paralip.* 16. *verſ.* 12. vel hæmorrhouſæ mulierculæ, quæ ante in Medicos omnem ſubſtātiam ſuam erogauerat, nec ab vllo curari potuerat, quàm Christi opem implorauerat. *Matth.* 9. *verſ* 20. *Marc.* 5. *verſ.* 25. *Luc.* 8. *verſ.* 43. Sed imitetur exemplum Regis Ezechiæ agnoſcentis & facie verſa ad parietem deflentis peccata ſua: qui non tantum conſecutus remiſſionem peccatorum, ſed etiam ſanitatem & prorogationem vitæ ad quindecim annos adeptus fuit. *Eſai.* 28. & 4. *Reg.* 20.

5 Altera infirmo ſit cura, vt pro corporis auxilio Medicum, qui nō tantum humani corporis naturam ſciat, ſed etiam ex hac ſcientia modum operationis & actionis fideliter deducat, accerſat. Vide Pet. Gregor. *d. lib.* 28. *cap.* 6. *cum ſeqq. & de Repub. lib.* 7. *c.* 8. *n.* 1. Nicol. Piſon. *lib.* 3. *de cognoſc. & curand. morb.*

6 Nam Medico diligenti, priuſquam is conetur ægro adhibere medicinam, non ſolùm morbi eius, cui mederi volet cauſa, ſed etiā conſuetudo valentis & natura corporis cognoſcenda eſt *Cic.* 2. *de orat.*

7 Talis Medicus exquirendus & habendus eſt, qui ſciat, poſſit, & velit morbis mederi; & ſi videatur ad eam rem ineptus, reprobatus muteтur. Pet. Greg. *d. cap.* 8. *n.* 2.

8 Qui Medicus infirmum præ omnibus etiam hortando eo inclinet, vt animæ (quæ corpore multo præſtantior eſt) Medicum (ceu *ſupra n.* 3. tetigimus) aduocet: quo poſtquam de ſpirituali ſalute fuerit

prouiſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur:
cum ceſſante cauſa, quæ eſt peccatum (vti *ſupr. n. 1.* diximus) effectus
ſc. morbus ceſſet. *c. cum infirmitas. 13. de pœnit. & remiſ.*

Quo facto, æger ſeſe illi Medico committat, ab eoque adhibitam 9
medicinam ad præſcriptum modum patienter ſumere haud detre-
ctet.

Nam Auſon. *in Caton. lib. 2. diſtich. 22. præcipit:* 10

*Conſilium arcanum tacito committe ſodali:*
*Corporis auxilium Medico committe fideli.*

Et qui medicinam non vult ſumere, expectans à DEO ſanitatem, 11
& dicens: quod ſi Deus voluerit eum mori, Medicina nil procedit, &
ſi noluerit, etiam ſine medicina ſaluabit: grauiter peccat, DEVM ten-
tans. Tib. Decian. *tract. Crim. tom. 2. lib. 9. c. 1. n. 46. & n. 48.* Sebaſt. Med.
*tract. mors om. ſol. part. 1. n. 69.* Et quanquam natura curatrix morbo-
rum, illius tamen miniſter & auxiliator Medicus eſt. Hippocr. *de
art. vet.*

Medicus autem, ſi forte quem imperite curarit, curationemve e- 12
iuſdem reliquerit, adeo, vt ille ob id fuerit mortuus, reus culpæ eſt.
*Inſt. de l. Aquil. § præterea.* Weſenb. *com. digeſt. tit. ad l. Aquil. n. 4. ibi: cum im-
peritia.*

Imperitia namq; culpæ adnumeratur. *d. § præterea verſ. imperitia. l. ſi* 13
*quis 9. § Celſus ff. locati & l. imperitia. 174. ff. de reg. iur.*

Et quod Medicus per imperitiam commiſit, imputari ei debet: 14
prætextu enim humanæ fragilitatis delictum decipientis in periculo
homines, innoxium eſſe non debet. *l. illicitas. 6. § ſicuti. verſ. ita quod per
imperitiam. ff. de offic. Præſid.*

Nemo enim affectare id debet, in quo ſcit, vel intelligere debet, 15
ſuam infirmitatem vel imperitiam periculoſam alij fore. *l. idem iuris. 8.
§ mulierem. ff ad l. Aquil.*

Ob culpam autem Medicus extraordinarie punitur. *l. qui occidit.* 16
*30. in fin. ibi: De vulnerato actio erit, non de occiſo. ff. d. t. ad l. Aquil.*

Medicorum itaque abuſus primus eſt in imperitia & malitia, quæ 17
difficile dignoſci queunt, aut niſi poſt acceptam cladem. Ideo ſtudio-
ſe cauendum, vt probi & periti admittantur tantum, & ſi admiſſi non
inueniuntur tales, ex ordine receptorum eiiciantur, & interdicatur
illis exercitium. Nulla quippe lex, quæ puniat inſcitiam capita-
lem medicorum (vt dicebat Plinius) nullum exemplum vindictæ:
diſcunt periculis noſtris, experimenta per mortes agunt: Medicoque

tantum hominem occidiſſe impunitas ſumma eſt: Veluti refert Petr. Gregor *d.lib.17.cap.9.n.2.*

18 At ſi ſcienter malum medicamentum Medicus præbuerit, de homicidio tenetur. Iul. Clar. §.*homicidium.verſ.*17. Did. Couar. *in c.ſi furioſus.part.2.§.4.n.2.* Weſenb. *d.n.verſ. nam ſi dolo.*

19 An Medicus, qui dum morari valetudinem ægroti volebat, eum peremit, etiam homicidij reus ſit, vide Fern. Vaſq. *illuſt.controuerſ.lib.1. cap.19.num.16.*

20 Imo Medicus ægroti curationem deſerere non debet, etſi ſibi tempore infirmitatis merces nec ſoluatur nec promittatur: adeo vt requiſitus affectum morbo, ex quo ceſſante cura mori poſſet, curare recuſans, reus homicidij ſit. Matth. Cun. *de pact.lib.1.cap.12.n.21.cum num.ſeq.*

21 Sed ſi Medicus omnia, quæ oportuit, obſeruarit, feceritq;, culpa caret, quamuis ægroto quid humanitus contingat: quia Medico euentus mortalitatis imputari non debet. *d.§.ſicuti.*

Et Ouidius canit *de Pont lib.1.eleg.4.*

*Non eſt in Medico ſemper releuetur vt æger:*
*Interdum docta plus valet arte malum.*

22 Nec tamen, quia omnes ægri non cõualeſcunt, idcirco nulla medicina eſt. *Cic.2.de nat.Deor.*

23 Medico etiam ſalarium non eſt denegandum, licet æger non conualuerit, ſed obierit. Matth. Cun. *d.c.12.n.19.*

24 Medico ſalarium ex officio iudicis (ſiquidem de eo nihil conuenerit) debetur: quia gratis curare non tenetur: ſi vero de eodem conuenerit, actio in factum competit. Matth. Cun. *d.c.12.n.5.cum trib.num. ſeqq.* vide Gail. *lib.1.obſ.43 n.13.*

25 Ergone Medico de ſalario cum infirmo paciſci licet? Etiam, de iuſto ac moderato ſalario ſi pactum fiat. Matth. Cun. *d.c.12 n.1 cum trib. num.ſeqq.* Matth. de Afflict. *deciſ.123.* Ant. Gomez. *reſolut.lib. 2.cap.14.n. 33.verſ.penult.*

26 Numquid Medicus, qui podagricum, ſeu alium, certa pacta & accepta mercede ſanare promiſerat, ac fecerat: redeuntem morbum curare, vel acceptam mercedem reſtituere tenetur? Non. Pet. Greg. *ſyntag.iur.vniuerſ lib.18.cap.25.n.7.*

27 Bonus Medicus non modo iuſto ſalario, priuilegijſque, quibus ordo eius à multis retro principibus fuit decoratus, dignus, ſed etiam tam ab iis, qui infirmitatibus detinentur, q̃ illis qui ne in eas cadant, metuunt,

metuunt, honorandus eſt. Sic n. Syracides dicit: *Honora Medicum propter neceſſitatem: etenim illum creauit Altiſſimus. A Deo eſt enim omnis medela, & à Rege accipiet donationem. Diſciplina Medici exaltabit caput ipſius, & in conſpectu Magnatum collaudabitur. Altiſſimus creauit de terra Medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam. Nonne à ligno indulcata eſt aqua amara? Ad agnitionem hominum virtus illorum, & dedit hominibus ſcientiam altiſſ. honorari in mirabilibus ſuis. In his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta ſua, & vnctiones conficiet ſanitatis, & non conſumabuntur opera eius. Pax enim Dei ſuper faciem terræ. 38 verſ. 1. cum verſ. ſeqq.* Vide Pet Gregor. *d. cap. 8. num. vlt.*

## PARS XIII.

## De Hominis interitu.

### SVMMARIA.

1 *Homini moriendum.* & n. 2. 3. 4. 5.
6 *Quid mors.*
7 *Deriuatio mortis.*
8 *Diuiſio mortis,* & n. 9. 10. 11. 12. 17.
13 *Quomodo mors probetur.*
14 *Mors omnia ſoluit.*
15 *Limitatio.*
16 *Teſtamentum mortuo teſtatore, antequam coram teſtibus ſit lectum, non valet.*
18 *De morte ſucceſſiue.*

CVM homini in mundo perpetua manſio non ſit; eum poſt infinitos ſuſtentatos labores morboſque tandem hanc vitam cum morte commutare, atque alio emigrare oportet: Siquidem per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. *Rom. 5. verſ 12.* Et ſtatutum eſt hominibus ſemel mori. *Heb. 9. v. pen.* Item cõmorandi natura diuerſoriũ nobis non habitandi dedit. *Cic. de ſenect.* Eſtque mors ſequela morborum. Lactan. *de offic. Dei, cap. 4.* Quapropter hoc primum quiſque in remediis animi ſui habeat: ex omnibus bonis, quæ homini tribuit natura, nullum melius eſſe tempeſtiua morte: vti ſcribit C. Plin. *nat. hiſt. lib. 28. c. 1. in fin.* 1

Et mors (quæ pœna peccati eſt. *Gen. 2. verſ. 19. Rom. 5. verſ. 12. & verſ.* 2

17. 6. *verſ.*23.1.*Cor.*5.*verſ.*21.*Epheſ.*2.*verſ.*2. *Coloſſ.*2.*verſ.*13. *Iacob.* 1. *verſ.* 43. *cuius hora incertiſſima. Luc.* 12. *verſ.*40. *Eccleſ.* 9. *verſ.* 12. *Matth.* 24. *verſic.* 43. 1.*Theſſal.*5.*verſic.*2. 2.*Theſſal.*2.*verſic.*2. *Iacob.*4.*verſic.*13. ) omni homini eſt conſtituta. *Deut.*31.*verſ.*14.*Hiob.*14.*verſ.*5.*Pſal.*88. *verſ.*43. *Ioh.* 7. *verſ.*30.& 8.*verſ.*20.*Hebr.*9.*verſ.*27.

3 Omni ætati mors eſt communis. *Cic.de ſeneƈt.* vide Gail. *lib.* 2.*obſ.* 8.*num.*2.

4 Mors propter incertos caſus quotidie imminet, & propter vitæ breuitatem nunquam longe poteſt abeſſe. *Cic.Tuſc.*

5 Cum ſit omnibus definita mors, optandum eſt, vt vita, quæ neceſſitati debetur, patriæ potius donata, quam reſeruata naturæ videatur. *Cic.pro Seſt.*

6 Mors autem proprie eſt vitæ priuatio, quæ per diſceſſum animæ à corpore contingit. A.Gell. *lib.*2.*cap.*8. Sebaſt Medic. *tract. Mors omn. ſol. part.*1.*num.*7. Iohan.Dauth. *tract.de teſtam.memb.de mut. teſtam poteſt. num.*72.

7 Mors à morſu primi hominis, qui per pomi eſum eam incurrit, dicitur. *Gen.*2.*verſ.*17. Sebaſt.Med. *d.part.*1.*n.*9 Iſidor. *Orig lib.*11.*cap.*1. *cap. de ætatib.hom.*

8 Eſtque mors aut naturalis, aut non naturalis; Hæc ciuilis aut ſpiritualis. Sebaſt.Med. *d.part.*1.*n.*22.*&* *n.*23. Ioh.Dauth *d.n.*72.

9 Ad ciuilem mortem refertur bannitus, deportatus, relegatus, ſeruus. Seb.Med. *d part.*1.*n.*50. Gail. *lib.*1.*obſ.*86.*n.*10.

10 Ad ſpiritualem mortem refertur excommunicatus, Monachus. Ioh Dauth. *ibid.*

11 Naturalis mors ciuili comparatur, vbi idem effectus eſt. Iohan. Dauth. *d.part.*1.*n.*29. Bapt.à Vill. *com.opin.lit.M.*131. Nicol.Euerard. *Top. legal loc ab æquipoll.n.*10.

12 Mors item naturalis ciuili comparatur, quando lex hoc expreſſe cupit. Sebaſt.Medic. *d.part* 1.*n.*26. Bapt.à Vill. *d.M.*130. Eman Soarez. *com.opin.lit.M.* 226. Franc. Viu. *com.opin.lib.*2.*verb.mors ficta.* Fern. Vaſq. *Illuſt.controuerſ.lib.*2 *cap.*107.*n.*2.

13 Mors quæ non præſumitur, quomodo probetur, vide Nicol. Vigel. *Meth iur.controuerſ.lib.* 2 *cap* 11.*verb.mors quomod.probet.* Sebaſt. Med. *d part.*1.*n.*27 *cum aliquot ſeqq.* Maſcard. *de probat.vol.*2.*concluſ.* 1073. *cum trib.concluſ.ſeqq.*

14 Mors autem, tanquam vltima linea rerum; omnia ſoluit. *gl.l. apud* 11 *verb.Antiſtia.ff.ad SC.Treb.& gl.nouell.conſt.* 2. §.*illud.verb morte.* vide

Teſtamentum vero teſtatoris morte confirmatur. Ioh. Dauth. *d. tract. de teſtam. n.* 115. *& n.* 460. 15

Sed teſtamentum mortuo teſtatore, antequam ſit lectum coram teſtibus, non eſt validum. Sebaſt. Medic. *d. tractat. mors om. ſol. part.* 2. *num.* 300. 16

Ciuilis autem mors naturali morte ſoluitur. Sebaſt. Medic. *d part.* 2. *concluſ.* 21. 17

De morte plura vide Theodor. Zwing. *mor. philoſ. poet. lib.* 2. *cap.* 3. *& Theat. vit. hum. vol.* 2. *lib.* 7. Bened. Aret. *problem. Theol. tom.* 1. *loc.* 33. 18

## PARS XIV.

## De Sepultura.

### SVMMARIA.

1 *Homo mortuus cadauer vocatur.*

2 *Homo in momento concidit, & efflata anima in cadauer & cineres reſoluitur.*

3 *Hominis cadauer terræ reddi debet.*

4 *Exemplum.*

5 *Perſarum ſepulturæ ritus.*

6 *Magorum Perſarum mos humandi.*

7 *Hominis cadauer ob æs alienum non arreſtatur.*

8 *Limitatur in manifeſto vſurario.*

9 *Cadauer manifeſti Vſurarij extra cœmiterium ſepeliatur.*

10 *Cadauer manifeſti vſurarij de ſepultura euellatur.*

11 *Antiquis Indis & Germanis vſura fuit ignota.*

12 *Exemplum exterminati fœnoris.*

13 *De ignominioſe habitis cadaueribus, remiſſiue.*

14 *De emittentibus ſanguinem cadaueribus, remiſſiue.*

15 *Vltimo ſupplicio affectorum cadauera in Cœmiterio ſepeliri poſſunt.*

16 *Medicis pro facienda anatomia vltimo ſupplicio punitorum cadauera permittuntur.*

17 *Duo fures ſuſpenſi reuixerunt* & n. 18.

19 *Submerſorum virorum cadauera ſupina, mulierum prona fluitant.*

20 *De ſepultura remiſſiue.*

MORTVVS Homo, amplius non homo, ſed cadauer appellitatur; caret enim eſſentia vel forma, quæ ei dat eſſe, prout eſt 1

 anima.

anima. Sebaſt. Medic. *tract. mors om. ſol. part. 2. concluſ. 9. & concluſ. 52.*
2 Vixerit enim homo centum vel pluribus annis, quamuis & multis laboribus nutritus, & auctus fuerit: tamen in ipſo momento concidit, & efflata anima in cadauer putridũ & cineres reſoluitur; vt ſcribit Pet. Greg. *de Rep. lib. 4. cap. 2. n. 9. ibi: vixerit.*
3 Hominis cadauer autem terræ, ex qua (ceu *ſupr. part. 2. n. 2.* expoſuimus) originem ſumſit, cum ſolitis ritibus mandari, hoc eſt, ſepeliri debet: in memoria enim humanæ conditionis, ſepulturæ corpora tradere laudabile eſt. *l. quidam. 27. ff. de condit. inſtit.* Sic oſſa Ioſeph, quæ tulerant filij Iſrael de Ægypto ſepelierunt in Sichem, in parte agri, quem emerat Iacob à filiis Hemor, patris Sichem centum nouellis ouibus. *Ioſ. vlt.*

Et Diſcipuli Iohannis tulerunt corpus eius, & ſepelierunt. *Matth.* 14. Idque ſepulturæ genus tanquam antiquiſs. Cic. *2. de legib.* commendat. Vide Philip. Camer. *medit. hiſt. cent. 2. c. 70. ibi: Cæterum mos iſte.* Ioh. Gerhard. *cent. quæſt. polit. dec 8. quæſt. 9. cum ſeq.* Barth. Keckerman. *ſyſtem. polit lib. 1 c. 13.* Ben. Aret. *probl. theol. part. 1. dec. de ſepult.*
4 Quo ſepulturæ genere etiam Cyrus Perſarum Rex vtitur. Xenoph. *lib. 8. Cyriped.* vide Pet. Gregor. *Syntag. iur. vniuerſ lib. 2. c. 14. n. 17. cum n. ſeq. & lib. 33. cap. vlt. n. 30. cum n. ſeq.* Melch. Iun. *quæſt. polit. part. 3. quæſt. 109. cum quæſt. ſeqq. Theat. vit. hum. vol. 7. lib. 7. & vol. 28. lib. 3.* C. Iul. Solin. *Polyhiſt. cap. penult. in fin.*
5 Perſæ olim quidem hunc ex lege ſeruabant ſepulturæ ritum, nudata vt carnibus oſſa per campos diſperſa iacere vellent: quod in arcam vrnamve mortuos cõdere, vel terra obruere, haudquaquã fas eſſe putarẽt, & Ignem DEVM ſuum mortuis inquinari crederent; ſi non ſtatim aduolaſſent aues, hominem fuiſſe inquinatis moribus, iudicabant: Si quis celerrime deuoraretur, beatum eum putabant: & eius animam pro Deo colebant: Veteres homines, quando in morbum incidebant, adhuc ſpirantes exportabant: & panis fruſtum cum aquæ potu & baculo, quo ſe à beluis tuerentur, (ſi poſſent) apponebant; vti teſtantur Agathius & S. Hieron.
6 Item Magi Perſarum cadauera non prius humabant, quam aut ab alite, aut à cane tracta fuerant. Poſtea cera condiebant, & terra obruebant, non cremabant, quoniam nefas eſſe aiebant, Igni, quem pro Deo colebant, cadauer attingere. Herod. *lib. 1. Cic. 1. Tuſculan.*
7 Cadauer itaque hominis nec ob æs alienum, quo minus ſepeliatur, vllo modo impediri poteſt. *l. ne corpora. 38. ff. de religioſ & l. 3. §. non perpetua.*

*petuæ. verſ.quo mandatur.ff.de ſepul.violat.* Eman.Soarez.*com.opin.lit.C n.1.* Sebaſt.Medic.*d.tract.part.2.concl.*17.Pet.Peck.*tract.de iur ſiſt.cap.5.n.23.* Hen.Bocer.*diſp.claſſ.4.diſp.1 addit* 3.Pet.Gregor.*d.cap.vlt.n* 25.Menoch. *de Arbitr.iud.lib.2.cent.4.caſ.387.num.16.* Philip.Camer. *medit. hiſt. cent. 3. cap.99.*

Cadauer tamen manifeſti vſurarij tamdiu, donec hæres de reſti- 8
tuendis vſuris cauerit, arreſtari poteſt. Pet.Peck. *d.loc.* Menoch. *d.caſ.* 387.*n.*29.

Manifeſti vſurarij cadauer etiam non Cœmiterio, ſed alio loco 9
citra omnem cerimoniam ſepeliri debet. *c.2 in prin.vſque ad* §.*vllus.de vſur.in 6. & Clemen.de ſepult.* Did. Couar. *Reſol.lib.2 c.1.n.11.verſ.eadem ſane ratione.& lib.3.c.3 verſ.vlt.*

Imo manifeſtus vſurarius de ſepultura (ſi eam in Cœmiterio ha- 10
beat) euelli poteſt. Seb.Medic.*d.conclus.*17.

Indis & Germanis priſcis fœnus ignotum fuit, & exoſum: & ple- 11
ræque gentes odio illud inexpiabili ſunt perſecutæ, adeo vt cum fu- rem dupli, fœneratorem quadrupli damnarint. Alex.ab Alexand. *lib.6.cap.10.*

Lycurgus Spartanorum Legislator è Sparta fœnus & vſuras adeo 12
exterminaſſe fertur, vt ne vmbra quidem harum rerum amplius appareat. Agis Rex etiam omnium fœneratorum tabulas igne ſuppoſito in foro concremauit: quo igne nullum clarius lumen vidiſſe ſe Ageſilaus Ephorus dixit. Alexand.ab Alex.*lib.1.cap.*7.Plutarch.*in Agide & Lycurgo.*

De aliis ignominioſe habitis cadaueribus vide *Theat.vit. hum. vol.* 13
3.*lib.*10.

De cadaueribus ſanguinem emittentibus, vide Nic. Vigel. *Meth.* 14
*iur.controuerſ.lib.1. cap.*10.*reg.22.* Leuin.Lem.*de occult.nat.mirac.lib.2.c.* 7. Martin.Delr.*diſquit.magic.lib.1.cap.3.quæſt.4.ibi:Sexto cadauer.& lib.5.ſect.4.ibi: 20.ex communi opinione.* Andr.Libau.Medic.*tract.de cruentat.cadau. Francofurti Anno* 1594.*excuſ.* Hen.Bocer.*claſ.5 diſp.2.parerg.*4.Pet.Greg. *Syntag.iur.vniuerſ.lib.36.c.*20.*n.*8. Ioh.Gerhard.*cent.quæſt.polit.dec.6.q.9.* Anton.Theſaur. *Pedem.deciſ.*173.

Vltimo ſupplicio autem affectorum cadauera petentib. ad ſepul- 15
turam dari, in cœmiterioq; ſepeliri non prohibentur. *l.1. & l.vlt.ff.de cadauer.punit.* Concordat 13.*q.2.c.fatendum.*§.*fin.cum c.ſeq.* Accedit Iul. Clar. §.*fin.q.*100.*n.1.ibi: de iure autem.* Rob.Marant. *in l.15.poteſt. n.*119. *ff.de adquir.hæredit.*

16 Nonnunquam vltimo ſupplicio punitorum cadauera medicis pro exercenda Anatomia conceduntur. Iul. Clar. *d.quæſt.* 100. *verſ.quæro.2.& ibid.Ioh.Bapt.Baiard in addit.n.4* Nicol Boer *deciſ.287.n.6.* Eman. Soarez. *com.opin.A.178.* Iacob. Menoch. *de arbit.iud.lib.2.cent.3.caſ.285. n.10.* Matth. Weſenb. *com.digeſt.tit.de cadau.punit.n.2.*

17 Anno &c. 1440. 16. Martij die, Decano Medicæ facultatis exiſtente M Iohanne de Paumgarten, octo fures ſuſpenſi fuerunt, ex quibus vnus ad Spiritum ſanctum introductus eſt, ac corpus eius deſtinatum anatomiæ, ſed quia iterum ope & induſtria Medicorum Viennenſium reuixit, liber dimiſſus eſt.

18 Anno 1492. Conradi Praitenauers de Puechperg ob furta ſuſpẽſi ac ſtrangulati corpus facultati Medicæ ſecandum tradebatur. Animaduerterunt Medici aliquem ſpiritum vitalem in hoc corpore ſupereſſe, quamuis morti valde propinquum eſſet, proinde ex vtraque cephalica ſanguinem largum detraxerunt, aliaque neceſſaria adminiſtrarunt. Apparuerunt in illo Symptomata horribilia, ſuffocationem minantia, aderat ſpuma circa os notabilis & perſeuerans, propterea medici Hippocratis aphoriſ. 43 *ſect.2.* allegabant, vbi ait Hippocrates: *Strangulati & diſſoluti, nondum mortui, non reconualeſcunt, quibus ſpuma circa os fuerat.* Hunc trium literarum hominem fortiſſime conſtrictum, ob vehementes capitis, pedum, imo totius corporis commotiones (nulla enim in homine erat quies) quatuor perſonæ fortes athleticæ tenuerunt; alias, ne ſe ipſum denuo interfeciſſet, periculũ fuiſſet, mente nimiũ laborantem: Retulit poſtea, ſe nõ poſſe in memoriã reuocare ea, quæ ſecum acta fuerant: ſe tantum meminiſſe, quod in prætorio fuerit, ſed quid poſtea factum ſit, ſe ignorare. Hic tandem Comite pedello ad B. Virginem in Oettingen patriam ſuam iuit, quo in loco hæc hiſtoria pro miraculo depicta eſt. Dicitur etiam, poſt multa noua furta denuo recte ſuſpenſus eſſe; Siquidem quod coruis debetur, iuxta vulgare adagium, vix ſubmergitur: retulit ita Diomed. Cornar. *hiſt.admir.1.& 2.*

19 Obiter hic nota, quod virorum ſubmerſorum quidem cadauera ſupina atque erecta in cœlum facie: mulierum vero prona vultuque in fundum inclinato, fluitent. Plin. *nat.hiſt lib.7.c.17.* Leuin. Lem. *de occult.nat.mirac.d.lib.2.c.6.* Lud. Viues *de Chriſt.fœm.lib.1.* Cæl. *antiq.lect.li.1.cap.9* Andr. Tiraq *in l.connub.4.gl.1.part.4.n.23.*

20 De ſepultura plura vide Nicol. Vigel. *Meth.iur.Pont.lib.4.cap.9.* Pet. Gregor. *d.c.vlt.* L. Greg. Gyral. com. Alex. ab Alex *genial.dier.lib.14.cap.6.*

*cap.6.* Menoch. *d.caſ.* 382. Melch. Iun. *d.part 3.c.*110. Phil. Camer. *d.cap.* 99. Ben. Aret. *problem. theol. part.*1. *loc. de ſepultura.*

## PARS XV.

## De Luctu.

### SVMMARIA.

1 *Mortuos moderate lugere permiſſum.*
2 *Ciceronis definitio luctus parum Chriſtiana.*
3 *Vera luctus definitio.*
4 *Explanatio.*
5 *Luctus publicus vel priuatus.*
6 *Exempla remiſſiue.*
7 *Modus luctus remiſſiue.*
8 *Tempus luctus remiſſiue.*
9 *Tempus lugendi maritum.*
10 *Intra nouem dies poſt mortem computandos lugens, ex defuncti perſona non conueniri debet.*
11 *Exempla, in quibus mortuis nullus luctus fuit exhibitus.*
12 *Beati lugentes.*

MOderatus luctus propter mortuos Chriſtiano homini decretus & conceſſus eſt. Sic enim Syr. dicit: *Fili, in mortuum produc lacrymas, & quaſi dira paſſus, incipe plorare cap.*38. Vide Eccleſiaſt 7. *verſ.* 4. *Gen.* 23. Pet. Gregor. *Syntag. jur vniuerſ. lib.*2. *cap.*14. *num.*10. Ben. Aret. *problem. part.*1. *loc.*52. Ioach. à Beuſt *Enarrat. Euangel. Dom.*16. *poſt Trinit.* 1

Luctus eſt ægritudo ex eius, qui nobis charus fuit, interitu acerbo: vt Cic. non malè, ſed non piè definiit *Tuſc. quaſt.* 3. 2

Luctus igitur eſt ægritudo & ſqualor ex eius, qui charus nobis extitit, morte proficiſcens. 3

Ægritudinem quidem ad animum, ne hypocriſis ſit in luctu; ſqualorem verò ad externa doloris indicia (qualia ſunt, mutare veſtes, pullatum eſſe, inceſſu, voce, & geſtu eundem præ ſe ferre) referimus Aret. *d. loc.* 4

Eſtq; luctus aut publicus, aut priuatus. 5

Exempla vtriuſque vide Theod. Zwinger. *Theat. vit. hum. vol.*1. *lib.* 1. *fol.* (*mihi*) 96. 6

Quomodo luctus fuerit, vide Pet. Gregor. *d.n.*10. & *n.*14. *Theat. vit.* 7 *hum.*

*hum.d.volum.1.lib.1.fol.99.& vol.28.lib.3.fol.(mihi)* 4318. Melch. Iun. *quæſt.polit.part.3.quæſt.penult.cùm ſeq.*

8 Quam diu luctus durarit, vide *d.fol.99.*

9 Ius ciuile ſanxit, vt vxor maritum defunctum per annum lugeret, nec non ob ſanguinis turbationem ab alteris nuptiis ſub pœna infamiæ abſtineret. Pet.Gregor. *d.cap.14.n.13.* Nicol.Vigel. *Meth. iur. ciuil. lib.1.cap.20.quæſt.1.cauſ.13.* Vide eiuſdem Vigel. *Reſponſ.iur.centur.2. cauſ.93.* Frid. Pruckman. *ad l. in multis.prim. part.princip. membr.3. artic.40.ff.de ſtat. hom.* Weſenbec. *com. Digeſt. titul. de his, qui not. infam. num.6.item 1.lib.4.part.1. art.1. caſ.7.lib.5.part.1.artic.18.& lib.vlt.part.2. art.17.*

10 Lugens autem ex defuncti perſona intra nouem dierum ab obitu computandum ſpacium conueniri non debet. *Nouell.cap.115.§. memoria.*

11 Exempla, in quibus nullus luctus pro mortuis fuit factus, vide *Theat.vit.hum.d.lib.1.fol.103.*

12 Beati, qui lugent: quoniam ipſi conſolationem accipient. *Matth. 5.verſ.5.*

## Lib. II.

# DE HOMINE IN SPECIE, HOC EST, De Mare.

### Svmmaria.

1 *Synonyma.*
2 *Mas quando & quomodo perficiatur remiſſiue.* & n. 3.
4 *Crebrius in aluo materna mas mouetur, & plerunq; in dextro latere geſtatur, fœmina in ſiniſtro.*
5 *Alia maſculi ſigna, remiſſiue.*
6 *Mas in coitu agit, fœmina patitur.*
7 *Quando coitus in homine incipiat, & deſinat.*
8 *Secundum præcepta legum coeunt maſculi puberes, fœminæ viripotentes.*
9 *Maſculi poſt* 14. *fœminæ poſt* 12. *annos puberes fiunt.*
10 *Maſculus ſexagenario maior à contrahendo matrimonio non arcetur.*
11 *Mas in partu caput, fœmina pedes præmittit.*
12 *In dubio maſculum ante fœminam naſci præſumitur.*
13 *Mas cur barbatus, remiſſiue.*
14 *Longobardi à barbæ prolixitate dicti.*
15 *Otho M. Imp barbam in pectus promiſſam geſtabat.*
16 *Diogenis ad quendam abraſum mentum habentem exprobratio.*
17 *Alexandri temporibus mentum radere in Græcia inuentum.*
18 *Alexander mandabat Ducibus, vt Macedonum barbas radi curarent.*
19 *Anacletus I. conſtituit, ne præſul, neve Clerici barbam vel comam nutrirent.*
20 *Petrus Lombardus Epiſcop Pariſienſis barbas presbyterorum atq; monachorum radi curauit.*
21 *Franciſcus I Galliarum Rex barbas omnibus Eccleſiaſticis abradi iuſſit.*
22 *Rom. Patricij mediæ ætatis quondam barbam raſitabant.*
23 *Adrianus Imp. ad næuos faciei obtegendos barbam primus Cæſarum nutriuit.*
24 *Helena Antonia barbata.*
25 *De Ludouico II. Rege.*

1 SYNONYMA ſunt mas, maſculus, puer, adoleſcẽs, Iuuenis vir, Græce *ἀνὴρ, ἄῤῥην, ἀνθρώπειον*, vulgo Knab/Jüngling/Mann/Männlin/Mannsbildt: Vide Ambr. Calepin. *diction. lit. V. verb. Vir, & alibi.*

2 Quando mas perficiatur, vide Leuin. Lem. *de occult. nat. mirac. lib.1 cap.4.*

3 Qui autem hoc fiat, tradit Leuin. Lem. *d. lib.1. c.9.* Andr. Tiraq. *in l. connub. gl.1. part.1. n.65 & l. connub. 9. n.* 147. Ioh. Bapt. Port. *lib.2. mag. nat. cap.21.*

4 Sæpius in vtero mouentur mares, & dextera fere geruntur parte, in læua fœminæ. C. Plin. *nat. hiſt. lib.7. cap.4. in fin.*

5 De aliis maſculi ſignis vide C. Plin. *d lib.7 c.6.* Alb. Magn. *de ſecret. mulier. c* 8. Mich. Scot. *lib. de ſecret. nat. c.16.*

6 Mas in coitu prædicamentum actionis, fœmina paſſionis ſubit. Mich Scot. *d. lib. de ſecret. nat c.1 cum c. ſeq* Leuin. Lem. *de occult. nat. mirac. lib.2. c.37.* Gregor. Rolbag. *in cert. un. maſc. fœm aciei viril. c.7.* Frid. Pruckman. *ad l. in multis.1 part prin. memb.3 art.23 n 5 ff. de ſtat. hom.* And. Tiraq. *in l 1 connub gl.1. part.1. n.96.*

7 Idoneum tempus coitus in maſculo poſt emenſum 14 annorum ſpacium incipit, & ſeptuageſimo ſeptimo anno ceſſat: in fœmina duodecimo anno finito initium capit, & ad 40. vel 50. annos durat. Mich. Scot. *d. c.2.* Plin. *nat. hiſt. d lib.17. c.14.* Vide M. Ant. Zimar *Problem. lib. problem.20.* Alex. Aphrodis. *problem.125.*

8 Vnde ſecundum legum præcepta coeunt: maſculi quidem puberes, fœminæ vero viripotentes. *inſt. de nupt. in prin.*

9 Maſculi puberes poſt completionem quatuordecim annorum: fœminæ viripotentes poſt duodecim annorum lapſum habentur. *Inſtit. quib. mod. tut finit. §. & ideo. ibi: pubertatem in maſculis. l. vlt. C. quando tutor eſſe deſin.* Vide Pet. Gregor. *Syntag iur. vniuerſ. lib.9. cap.7. n.6.* Winol. Molrad. *tract. de matrim. memb. de ætat. contrahent.* Hier. Franc. *in l. nuptias. 39. n.22. cum n. ſeq. ff. de reg. iur.1 lib.4. memb.2. art.1.*

10 Maſculus ſexagenario maior, cum adhuc (ceu *ſupr. num.7.* adſeruimus) coire valeat, à contrahendo matrimonio non arcetur. *l ſancimus. cum gl. C. d. t. de nupt.* Vide Plin. *d. c.14. Theat. vit. hum. vol.2. lib.5. fol. (mihi)* 413. Iacob. Menoch. *de arbit iud. lib.2 cent.1. caſ.58. n. vlt. & caſ.89. n.55.* Pet. Gregor. *Synt. iur. vniuerſ. lib.9. c.6. n.3.* Frid. Pruckman. *ad l. in multis.1. par. prin. memb.3 art.26. ff. de ſtat. hom.*

11 Mas in natiuitate caput, fœmina pedes præmittit. M. Ant. Zimar. *d problem. lib problem.72.*

Et

Et maſculum ante fœminam naſci, in dubio præſumitur. *gl. l. idem* 12
*erit.16 verb. quæſtio ergo: ff. de ſtat. hom.* And. Tiraq. *in l.1 connub. gl.1. par.1. n.*
59. Gregor. Rolbag. *in certam. maſcul. fœm. aciei viril. cap.13 n.10 Ariſt. hiſt.*
*animal lib.7. cap.3.* Vide 1. *lib.5 part.1 art.29.*

Mas cur ſit barbatus, vide Mich. Scot. *d lib. de ſecret nat. c.74.* An- 13
ton. Hotoman. *Dialog. de Barb.* Lactant. *lib. de opiſ. Dei. cap.7. in fin*

Longobardi, (vt plures affirmant) à barbæ prolixitate nomen 14
ſunt adepti: quia ſoli prope Germanorum barbam alerent. Sabell.
*lib.5. Enn* 8.

Otho M. Imp. more veterum Germanorum barbam in pectus 15
promiſſam geſtare ſolebat, & per eandem, ſi qua ſerio loquebatur, iurare. *Cuſpin.*

Diogenes cum quendam abraſum mentum habentem vidiſſet, 16
dixit: nunquid naturam accuſas: quia te virum, non autem mulierem
fecerit?

Mentum radere Alexandri temporibus eſt in Græcia inuentum, 17
vt Chryſippus aſſerit *lib.4. de volupt. & bono.*

Alexander enim bellũ gerens imperabat Ducibus, vt barbas Ma- 18
cedonum raderent, ne facilem anſam hoſtibus ad capiendum pręberent. Polyæn. *lib.4.* Cum Dario etenim Alexander certe conflicturus,
omnibus ad conflictũ inſtructis requiſiuerunt Duces: nunquid præterea vellet? nihil reſpondet, niſi vt Macedonum menta raderentur.
Demirante Parmenione, ignoras, inquit, nexum in pugna non eſſe
barba meliorem? Plutarch. *in reg. apopht.*

Anacletus I. ſub Traiano conſtituit, ne præſul, neve Clerici bar- 19
bam vel comam nutrirent. *Platina.*

Petrus Lombardus Epiſc. Pariſiẽſis barbas presbyterorum & Mo- 20
nachorum radi curauit. Anno Chriſti 1160.

Franciſcus I. Gallorum Rex, vt pecunias à ſacrificulis extorque- 21
ret, barbas Eccleſiaſticis omnibus abradi iuſſit. Illi vero ingenti pecunia barbas redemerunt. Extat pro Sacerdotum barbis Pierij Valeriani Oratio. Vide Philip. Camer. *medit. hiſt. cent.3. c.96.*

Romani Patricij olim mediæ ætatis barbam raſitabant. Eamque 22
ob cauſam plerumque veterum imagines non admodum ſenum, ſed
in medio ætatis, ita factæ erant. A. Gell. *lib.3. cap.4.*

Adrianus Imp. vt vulnera, quæ in facie erant naturalia, obtegeret, 23
primus Cæſarum barbam nutriuit. Alexand. ab Alexandro *lib.5. cap.*
8 *ex Dione.* Vide Petr. Gregor. *partit. iur. canon. lib.2. tit.9. cap.7. lit. d.*

Philipp. Camer. *medit. hiſt. cent. 1. cap. 36. centur. 2. cap. 40. & centur. 3. cap. 96.*

24 Helena Antonia in Leodienſi Epiſcopatu nata, & per sereniſſimam Archiduciſſam Auſtr. Mariam D. Caroli Archiducis Auſtr. piiſs. mem. viduam, Græcij in Gynæceio educta, decimo octauo ætatis ſuæ anno prolixam barbam habuit: vti ex eius Icone æneis figuris ſculpta, publice conſtat.

25 Ludouicus II. Hungariæ Bohemiæque Rex cito adoleuit: ante tempus barbam emiſit: & vix annum decimum octauum ingreſſus canos oſtendit. Phil. Camer. *medit. hiſt. d. cent. 1 cap. 55.* Dubrau. *hiſt. Bohem. lib. 33.*

## Lib. II.

## De Fœmina.

### Svmmaria.

1 *Synonyma.*
2 *Qui fœmina procreetur.*
3 *Signa concepta fœmina, remiſſiue.*
4 *Fœmina in partu pedes præmittit.*
5 *In congreſſu fœmina patitur.*
6 *Fœmina vltra 50. annum parere poteſt.*
7 *Maximum & præcipuum munus fœminarum, concipere, conceptumque tueri.*
8 *Fœmina arcta, vt coire nequeat, non ſana eſt.*
9 *Nec ſana eſt fœmina, quæ bis menſe purgatur.*
10 *Exemplum.* & n. 11. 12. 13. 14.
15 *Mulierum genus auariſſimum.*
16 *Mulier donare non præſumitur.*
17 *Mulier ſe facilius obligat, quam donat.*
18 *Contra naturam ſexus facit mulier, quando donat.*
19 *Maſculo ſagacior citius fœmina euadit.*
20 *Fœmina fragilis & mirabilis.* & n. 21. 22.
23 *De mulierum natura, conditione, moribus, aliiſq; adfectibus remiſſiue.* & n. 24. 25.
26 *Fœmina familiæ ſuæ caput, & finis.* & n. 27. 28.

1 IDem denotantia verba ſunt: adoleſcens, adoleſcentula, fœmina, iuuenis, iuuencula, mulier, muliercula, virgo, virguncula: Græce

γυνὴ, θῆλυ, θήλεια: vulgo Fraw/Fräul/Weib/Weibl/Weibsbildt/rc. Vide paſſim Ambroſ. Calepin. *diction*. Pandulph. Prat. *Lexic. iur*. Frid. Pruckman. *in Proœm l. in multis ff. de ſtat. hom. & alios*.

Fœmina, quo pacto procreetur, Conſule Leuin. Lem. *de occult. nat. mirac lib.1. cap.4.1.* 1

Conceptæ fœminæ ſigna vide Mich. Scot, *de ſecret natur. cap.* 17. & *ſupr. lib. prox n.4. cum n ſeq.* 2

Fœmina in partu pedes præmittere fertur. *ſupr. d. lib. prox n.11.* 3

In coitu fœmina patientis ſubit vicem. *ſupr. d. lib. prox. num. 6. cum num. ſeq.* 4

Maior 50. annis fœmina, vt matrimonium inire, ita concipere atque parere, raro tamen, poteſt. *l. ſi maior. 12. C. de legit. hared.* Cardan. *de rerum variet. lib. 8. c. 43. ſupr. d. lib. prox. n. 7.* 5

Maximum & præcipuum munus fœminæ eſt concipere, conceptum tueri. *l. quaritur. 14 § maximum ff. de adil. edict.* Accedit Ioh. Gœdd. *in l. anniculus. 132. § fin. n. 2. ff. de verb. ſign.* Frid. Pruckman. *d. l. in multis. 2. part. 1. art. 29. n. 5.* 6

Fœmina, quæ tam arcta exiſtit, vt coire, ſicque concipere nequeat, ſana haud eſt; Imo vxor eſſe non poteſt; dummodo ei arte medica ſubueniri non valeat. *d. l. 14. § mulierem.* Alex. Carer. *tract. de ſponſ. & matrim lib. 5. cap. 19.* 7

Nec ſana eſt fœmina, quæ in menſe bis purgatur. *l. quibus ff. eod.* Vide C. Plin. *nat. hiſt. lib. 7. cap. 15.* 9

Sara nonagenaria, Abrahamo centeſimum annum agenti, Iſaacum peperit. *Gen. 21.* 10

Intempeſtiuus Eliſabethæ matris vterus fauſtum Iohannis Zachariæ filij, ſalutaremque terris deſpondit ortum. Nihil Deus non mirifice & vtiliter operatur. Mulier, quæ dum per ætatem mater fieri potuit, ſterilis fuerat, iam grandis natu, & decrepita, prægnans facta eſt. *Luc. 1.* Sabell. *lib. 1.* 11

Cornelia ex Scipionum gente (diuerſa à Gracchorum matre) poſt ſexageſimum ſecundum annum, ex L. Voluſio Saturnino, in præfectura vrbis extincto, concepit Voluſium Saturninum, qui poſtea conſul fuit. Plin. *nat. hiſt. lib. 7 cap* 14. Sabell. *lib. 3. Enn. 6.* 12

Vidiſſe ſe refert Albertus mulierem in Germania, cuius primogenitus vltimum quadraginta annis ſuperabat. 13

Henrico VI. Imp. Conſtantiam Celeſtinus III. P.P. è cœnobio exemptam deſpondit, & dotis nomine Sicilię & Neapolis Regna tri- 14

buit. Illa iam quinquagenaria cum vterum præter ſpem ferre depræhenſa eſſet, & Abbas Ioachimus fatidico ſpiritu Imperatorem confirmaſſet, ne quis fraudi ac ſuſpicioni locus relinqueretur, inſtante partus tempore in vrbe (Esi) foro medio tentorium erigi, & quotquot vellent, viros & mulieres Spectatores eſſe permiſit. Peperit igitur Fridericum ſecundum, eumq; Duciſſę Spoletanę alendum commiſit. Anno ſalutis 1194. Collenucius *lib.4 hiſt.Neapoli.* Cuſpinianus in tentoriis in pratis Panormi, multis vtriuſq. ſexus aſtantibus, Fridericum peperiſſe ſcribit, nec multo poſt peperiſſe etiam filiam Mariam, quæ Conrado Duci Bohemiæ ac Marchioni Morauiæ nupſit.

15 Fœminarum autem genus eſt auariſſimum *gl.l.Neſennius.34.verb.ex contrario.ff.de negot.geſt.& gl.l.ſed ſi.4.verb donat.ff.ad ſe.Vell.* M Ant. Zimar. *Problem.lib problem.*46. Gregor. Rolbag. *in certam maſcul fœm.aciei mulieb. cap.13.& aciei viril c.*18. Martin. Benckendorff *in l.1.ſect.1 memb.5 part.2. art.1.n.5.ff.de reg.iur.* Petr. Gregor. *Syntag iur.vniuerſ.lib.47.cap.11.num 16.* Hen. Bocer. *claſſ 5.diſp.19.coroll.5.* Frid. Pruckman. *in l.in multis. 1.part. prin.memb.1.art.1.n.9.ff.de ſtat.hom.*

16 Fœmina igitur donare non præſumitur *alleg iurib.*

17 Imo fœmina facilius ſe obligat, quam donat. *d.l.4.in fin.* Weſenb. *com.Digeſt tit.ad SC.Velleian.n.6.*

18 Adeoque, vt ſi fœmina donarit, contra ſexus naturam faciat. *l.ſi ſtipulata.*33.*§ ſi vxor ibi: imo etiam incongruus eſt, & contra ſexus naturam.ff. de donat.inter vir.& vxor.*

19 Fœmina etiam citius maſculo ſagacior fit. *gl.l.qua ætate.5.verb.completum.ff.qui teſt fac.poſſ.* Vide Barth. Keckermann. *ſyſt.phyſ.lib.4.cap.vlt.* Iac. Cramer. *diſcept.5 poſit.22.*

20 Eſt tamen fœmina non modo fragilis, verum etiam mutabilis. 1. *Pet 3.verſ.7.*

Et Virg. Æneid 4.

*Varium & mutabile ſemper fœmina.*

*Quid leuius fumo? flamen: quid flamine? Ventus:*

*Quid vento? mulier: quid muliere? nihil.*

*Gl in c.forus.10.§ fin.verb.varium.de verb ſignif.* vide Pet. Greg. *Syntag. iur. vniuerſ.lib.9.cap.25.n.* 4. Gregor. Rolbag. *in certam.maſcul.fœmin. aciei mulieb cap.11.item aciei viril.cap.13.cap.14.n.14.& c.21.* Mart. Benckendorff. *in l.2.1.memb.2 part.art.1.n.9 ff.de reg.iur.* And. Tiraq. *in l.1.connub. gl 1.part.1.n.71.cum ſex ſeqq.& l.connub.9 n.129.*

21 Et fragile ac mutabile eſſe conſilium mulieris, aſſerit *gl. l. 1 verb.*

*& quidem inquiſitione. C de confirm.tutor.l filia.*20.*C de inoff.teſtam.* Marc. Benckendorff *d.n* 9. And.Tiraq.*d loc n.*70.Pet.Gregor.*d.cap.*11.*n.* 15. *& d.lib.*9 *cap* 21 *n.*12. Frid.Pruckman.*in l in multis.* 1 *part.princ.memb.*1. *art.*1 *.n.*5 *ff de ſtat.hom.*

Item fœmina varium & mutabile teſtimonium produtit.*d.* §.*fin. verſ.natura ibi: nam varium.* 1 *lib.prox.part.*2.*memb.*2 *art.*3.*& lib.vlt.part.* 1. *art.*13.*item part.*2.*art.*23. 22

De mulierum natura, conditione, moribus, aliisq; affectibus vide Leuin.Lem.*de occult.nat.mirac.lib.*4.*cap.*13. Iohan. Neuizan.*Sylu.nupti lib.*1.*n.*163.Gregor.Rolbag.*in certam.maſcul.fam per tot.* 23

Cur mulierum corpora laxata ſint, & mollia, piliſque carentia, item minora corporibus virorum, vide Marc.Anton.Zimar.*d.problem. lib.problem.*70. And.Tiraq.*d l.*9 *n.*145.*cum n.ſeq.* 24

Narrant Veſpillones, ſi cum denis virorum cadaueribus componantur ſingula fœminarum, hæc illa vna ſecum inflammare: quod vnguinoſum quid & oleoſum earum caro, vt cæterorum ſit fomentum, contineant. Plut.*lib.*3 *quæſt conuiual.*4. 25

Fœmina vti familiæ ſuæ caput ſiue principium, ita finem conſtituit *l pronunciatio.*195.*in fin.ff.de verb.ſignif.* 26

Caput quidem fœmina cõſtituit: quia ab ea noua familia initium capit. Etſi enim ea familia, in quam tranſit, antea extitit: tamen mulier eorum, qui ex ea naſcuntur, initium eſſe dicitur: quia ab ea quaſi à radice enaſcuntur. 27

At finis eſt: quia in ea finitur agnatio: nec ad illam prior familia, ex qua genita fuit, extenditur. Georg. Obrecht.*diſp.feud.diſp.*9.*theſ.*77. *cum duab.theſ.ſeqq.* Herm.Vult. *in Inſtit.de pat.poteſt.*§. *ius autem poteſtatis. n.*2. vide Pet.Heig. *Inſtit eod.*§.*qui igitur ex te n* 5. Pet.Loriot. *in l.*2.*ibi: octauo.ff.de reg.iur.* Frid.Pruckman.*ad l.in multis.*9.*prim.part.princ.membr* 3.*art.*22 *ff.de ſtat.hom.Item* 1.*lib.vlt.part* 2.*art.*21. 28

Etſi fœmina poſterius nata. *ſupr.lib.prox.num.*12. tamen prius mortua præſumitur. *l.ſi ita fuerit. in fin. ff. de reb. dub.* vide 1. *lib. vlt.part.* 2. *artic.*18. 29

# TOM. II.

## LIB. IV.

## De vtrique Homini ſeu ſexui competenti iure.

### SVMMARIA.

1 *Continuatio.*
2 *Partitio.* & n.3.

1 PRIORIBVS libris hominis tractatione qualitercunque abſoluta, iam vt de eiuſdem iure agamus, ſeries poſtulat.

2 Hominis ius aut par, ſiue commune, aut impar, ſeu ſpeciale eſt: illud quidem vtrique homini, puta tam mari, quam fœminæ competit: iſtud vero mari, aut fœminæ datur. *gl. c mulieres.2 verb.prohibemus.de iudic. in 6.* Herm. Vult. *Iuriſp Rom lib.1.cap.4.n.7.* De illo iure *iſto lib.* De hoc vero *duob. ſeqq. libris,*( vti quoque attigimus *ſupr.lib.1.part.1.n.6.*) tractatur.

3 Ius, quod vtrique homini competit, eſt tripartitum, *vnum* ante, *alterum* intra, *tertium* poſt vitam ipſius permittitur.

## PARS I.

## De iure vtrique homini ſiue ſexui ante vitam competenti.

### SVMMARIA.

1 *Conceptus fœtus quoad vtilitatem propriam, non alienam, natus cenſetur* & n. 27.
2 *Ampliatur.* & n.3. ad n.14.
15 *Diſtinguitur.* & n.16. ad n 26.
28 *Dolo animatum fœtum medicamentis propellens eſt reus homicidij.*
29 *Fallit.*

1 I. Articulus, vt humanus fœtus, quamdiu in matrice contineatur, fere natus habeatur: nimirum, quoties de eiuſdem commodis( de quibus *1.part.prox.memb.1.*) quæ nato demum actualiter competunt, tractetur: alij vero ante natiuitatem non æq; proſit. *l.qui in vtero.7.ibid.* Olden-

*Oldendorp. item l. pen. & ibid. Coraſ. ff. de ſtat. hom. l. antiqui. 3. in princ. ff. ſi pars hær. pet. l. ſed etſi. 20. ff ad S. C. Trebell l. is cui. 18 ff. quando dies legat. ced. l. intelligendus. 153. & l. quod dicimus. 23. ff. de verb. ſignif* Accedit Herm. Vult. *Iuriſp. Rom. lib. 1. cap. 4. num. 6.* Hieron. Treutler *ſelect. diſp vol. 1. diſp. 2. theſ. 5.* Andr. Gail. *lib. 1. obſer. 112. num. 12. cum num ſeq.* And. Tiraquel *de retract. conſang. §. 1. gl. 9. n. 77.* Pet. Loriot. *tract. de concept axiom. 1. & 5.* Pet. Heig. *com. inſt. quib. mod. pat poteſt ſolu §. illud autem. & de tutel. §. cum autem. n. 4.* Pet. Gregor. *Syntag. iur. vniuerſ. lib. 7. cap. 1. n. vlt.* Matth. Weſenb. *com. digeſt. tit. de ſtat hom. n. 3.*

Ampliatur primo, vt naſciturus partus nato ſit fauorabilior. *gl. l. 1. §. cum vero mater. verb. apparuit. ff. de Carbon. edict.* Petr. Loriot. *d. axiom. 1.* 2

Ampliatur ſecundo, vt ventrem, hoc eſt, grauidam vxorem relinquens abſque liberis eſſe non videatur. *l. ſi quis. 147. ff. de reg. iur.* 3

Vnde ſi pater, filio & ventre ſuperſtitibus, è viuis fuerit ereptus, ventri (ex quo vt plurimum trigemini ſperantur, vide *ſupr. lib. 1. part. 7 num. 2.*) tres hæreditatis partes ſunt reſeruandæ, quarta interea filio aſſignata parte. *d. l. antiqui. 3. §. fin. & l. ſed etſi. 28. §. fin. ff. de iudic.* vide Iacob. Menoch. *de præſum lib. 6. præſum. 51.* 4

Quamdiu etenim ſperatur poſtumus, in ea cauſa eſt, vt partem faciat. *l. 1. §. ſi ex trib. verſ. nam quam diu. ff. de bon. poſſ contra tab.* 5

At ſi pauciores, quam tres, ex relicto ventre fuerint editi, ſuperſtiti filio reſiduum pro rata portione adcreſcet: ſin plures enati fuerint, de ea parte, in qua factus eſt hæres, decreſcet. *l. etſi. 4. ff. d. t. ſi pars hær. pet.* 6

Tali autem ventri Edictum de ſe inſpiciendo contra eos, ad quos ea res pertinet, procuratoresve eorum datur. *l. 1. §. de inſpiciendo. ff. de vent. inſpiciendo.* 7

Venter etiam intra 30. dies à diuortij tempore numerandos patri de prægnatione debet denunciare, vel ex S. C. Plautiano contra ipſum agere, vt partum agnoſcat. *l. 1. ff. de agnoſc. lib.* Vide Nicol. Vigel. *Meth. iur. ciuil. lib. 4. cap. 27. memb. 1.* Petr. Gregor. *de Republ. lib. 14. cap. 3. num. 3.* 8

Exemplum de Thamare, quæ Iudæ grauida nunciatur. *Geneſ. 38.* 9

Venter quoque ſedulo eſt cuſtodiendus, ne partus ſubiiciatur; publice enim intereſt, partus non ſubiici, vt ordinum dignitas familiarumque ſalua ſit. *d §. de inſpiciendo. cum §. ſeq.* Vide Vigel. *d. Meth. iur.* 10

*ciuil.lib.1.cap.29.cauſſ.33.& quæſt.6.reg.1. except.1.& reg.3.item d.lib.4.cap. 25.quæſt.2.reg.* Pet.Gregor. *Syntagm.iur.vniuerſ.lib.9.cap.6.num.20.cum ſeqq.& lib.36.cap.3.num.5.item de Rep.d.lib.14.cap.1.num.8.* Pet. Loriot. *d.tract.de concept axiom* 7.

11 Exempla ſuppoſititij partus vide 3.*Reg.3.verſ.16.cum ſeqq.Theat.vit. hum.vol.7.lib.5.fol.(mihi)* 1947.

12 Ampliatur tertio, vt, qui vel vnum filium, vnamve filiam habet, ſine liberis eſſe non videatur. *l.pater.99.§.ita fideicommiſſo.ff de condit.& demonſt l.iubemus.6 §.ſin autem is.C.de S.C.Trebell.item l.non eſt.148.ff.d. t.de verb.ſign.* vide A.Gell. *noct.Attic.lib.2.c* 13.

13 Ampliatur quarto, vt nepotem relinquens, ſine liberis eſſe non videatur. *l liberorum.220.§.diuus.ff.d.t.de verb.ſign.& d.§.ſin autem is.item l.1.C.de condit.inſert.*

14 Quem autem ſine liberis eſſe dicere non poſſumus, hunc neceſſe eſt dicamus liberos habere. *l.nam quem.149 ff d t de verb.ſignif.*

15 Verum id, quod *ſupr.num.* 1. dictum, nimirum fœtum ante natiuitatem alij non ita prodeſſe, in nonnullis caſibus fallit: adeo, vt, licet principaliter ſibi, tamen conſequenter aliis vtilis ſit. Pet Loriot *d. tract.de concept.axiom.3.*

16 Primus caſus, quod venter defuncti mariti bonis, vt inde alatur, immittatur. *l vbicunque.7.ac ibid.* Ioh Oldendorp. *antin.1.& l vlt.verſic. nam & ventrem.ff de vent.in poſſeſſ.mitt.* vide Vigel. *d.Meth.iur.ciuil.lib.11.c.* 8. Pet.Loriot *d.tract.de concept.axiom.3.cum trib.ſeqq.*

17 Secundus caſus, quod venter in iudicium vocatus comparere non teneatur *l.2.§.ſi non propter.ff ſi quis caut in iud.ſiſt.cauſ.fact.non obtemp.* Gui. Pap. *deciſ.256.n.1.*

18 Tertius caſus, quod venter non poſſit torqueri. *l.3 in fin de pœn.* Iul. Clar. *§.fin.quæſt.64.verſ.quaro modo.*23. Anton.Gomez. *Reſol.lib.3.cap.13. verſic.item reperitur.& num.37 verſ.quod extende.* Pet.Loriot. *d. axiom.3.* Frid. Pruckman. *in L in multis.9. 1.part.princ.memb.1.art.14.num.5 ff.de ſtat.hom.*

19 Ampliatur primo, vt poſt partum intra 40. dies purgationis puerpera non torqueri poſſit. Iul.Clar.& Gomez. *alleg.loc.* Conrad. Lag. *iur ciuil. Meth part.6.cap.7.n 14.* Frid.Pruckman. *d.art.14.n.6.* Ioh.Zanger. *tract.de tortur.cap.1 n.19.*

20 Ampliatur ſecundo, vt mulier lactans torqueri prohibeatur. Iul. Clar. *d.verſ.23.ibi:idem etiam.* Petr.Greg *d Syntag.iur.vniuerſ.lib.48.c.12. n.28.* Frid.Pruckman. *d art.14.n.13.*

Quartus caſus, quod venter fuſtigari non poſſit. Ioh. Bapt. Baiard. *in addit. ad Iul. Clar. d. quæſt. 64 n. 83.* 21

Quintus caſus, quod damnati ventris executio, quoad pepererit, differatur. *d. l. 3. & l. Imp 18. ff. ibid. Oldendorp. ff. de ſtat. hom.* Iul. Clar. *d. § fin. quæſt. 97. verſ. differtur. & ibid. Ioh. Bapt. Baiard. n. 3. cum n. ſeq.* Anton. Gomez. *d. cap. 13. n. 37 in princ.* Pet. Loriot. *d. axiom. 3.* Didac Couar. *Reſol. lib. 4. cap. 4.* Eman. Soarez. *com. opin. lit. S. 96.* B. Briſſon. antiquit. *lib. 2. cap. 20.* 22

Sextus caſus, quod nondum editus partus ſecundum quid matris portio ſit, vel viſcerum. *l. 1. § ex hoc reſcripto verſ. partus ff. de vent. inſpic. gl. in l ſi prægnans 42. verb. partus ff. de euict.* Pet. Gregor. *Syntag. iur. vniuerſ. lib. 7. cap. 1 n. 10.* 23

Si namque in vtero detentus partus ad matris corpus ſimpliciter pertineret, vna cum matre, quæ forte in neceſſitatis caſu geſtationis tempore baptizatur, & non ſeorſim baptizaretur. *de conſecrat. diſt. 4. c. ſi ad matris. 114. cum capit. ſeqq.* Vide Pet. Gregor. *partit. iur. Can. lib. 1. tit. 7 cap. 6 n 1.* 24

Septimus caſus, quod mulier poſt partum intra tempus lugendi (de quo *ſupr. lib. 1. par. vlt. n. 9.*) ſtatim nubere queat. *l. liberorum. 11. § Pomponius. ff. de his, qui not. infam.* 25

Octauus caſus, quod illegitimus partus maternam ſequatur conditionem. *1. part. 2. memb. 1. art. 3.* 26

Ex diuerſo igitur, vbi de incommodis eius, qui in vtero eſt, agitur, ibi in rerum natura haud cenſetur: vt ſi ſit ſoluendus in hominum capita cenſus: vel ſoluendum naulum: vel exhæredatio fiat. *l. ſed addes. 19. § ſi quis mulierem ff. locat. & conduct.* Oldendorp *in d. l. qui in vtero. 7.* Pet. Loriot. *d tract. de concept. axiom. 8.* Pet. Heig. *com. inſt. de exhær. lib. § poſthumi n. 5. cum n. ſeq.* 27

II. Articulus, vt is, qui iam vitalem fœtum medicamentis animo abortum procurandi eiecerit, homicidium committat, pœnamque ordinariam mereatur. *l. Cicero. 23. ff. de pœn.* Accedit Nicol. Vigel. *Meth. iur. controuerſ. lib. 1. cap. 13. memb. 4. reg. 7. & Meth. Carol. conſtit. publ. iud. cap. 7. reg. 5.* Pet. Gregor. *Syntag. iur. vniuerſ. lib. 7. cap. 1. n. vlt in fin. & de Rep. lib. 14. c. 1. n. vlt.* Hen. Bocer. *claſ. 5. diſp. 2. parerg. vlt.* 28

Verum is, qui grauidam mulierem non animo abortum procurandi pugno percutit, lege Aquilia tenetur, vel extra ordinem punitur. *l. ſi ſeruus. 29. § ſi mulier. ff. ad l. Aquil.* Controuertitur apud Eman. Soarez *com. opin lit. A. n. 1.* Iul. Clar. *§ fin. q. 68. v. abortum procurat. 2. & ibid. Ioh. Bapt. Baiard. n. 7.* 29

## PARS II.

## De vtrique homini vel ſexui intra vitam competenti iure.

### SVMMARIA.

1 *Humanæ vitæ quatuor ætates.*
2 *Pueritiæ principium & finis.*
3 *In pueritia infans, vel infante maior continetur.* & n. 4.
5 *Adoleſcentiæ initium ac finis.*
6 *Adoleſcentia plena, aut non plena.*
7 *Iuuentæ auſpicium & exitus.*
8 *Senectæ inchoatio & duratio.*
9 *Cuiusq; ætatis tempeſtiuitas.*

1 VITA hominis quatuor præcipuis ætatibus, nimirum pueritia, adoleſcentia, iuuentute, ſenectute conſiſtit.

2 Pueritia (quæ etiam puerilis, impubes, pupillarisve ætas vocatur) à primo ortu in maſculo quidem quatuordecim, in fœmina vero duodecim annis continetur.

3 In eadem infans, vel infante maior comprehenditur: ille quidem ſeptem annis minor eſt; hic vero, ſi fœmina, intra ſeptimum & duodecimum annum; ſi mas ſit, intra ſeptimum & decimumquartum annum continetur.

4 Infante maior eſt aut infanti, aut puberi propior: ille ab anno ſeptimo ad decimum, ſi fœmina, ſed ad duodecimum, ſi mas ſit; hic ab vndecimo vel decimo tertio, ſuperiori diſtinctione adhibita, intelligitur.

5 Adoleſcentia (quæ pubertas, vel pubes, minorve ætas quoque dicitur) ab ætate prima completa ad vigeſimum quintum annum protenditur.

6 Eſtque aut plena, aut non plena: illa in mare ineunte decimo octauo, in fœmina decimo quinto anno, hæc intra decimum quartum, & decimum octauum, item duodecimum, & decimum quintum annum eſt, diuerſo ſcil. reſpectu.

7 Iuuentus (quæ etiam robuſta, iuſta, virilis, legitima ætas vocatur) viceſimo quinto anno exordium capit, & ad quadrageſimum ſextum durat annum.

8 Senectus ab anno 46. initium ſumit, & ad hominis mortem extenditur.

tenditur. De quibus ætatibus vide *l.computationi.68.cum gl.ff ad l.Falcid.* Ioh.Schneid. *Inſt.de adopt.§.minorem.n.*4. Herm.Vult.*Iuriſp.Rom.lib.*1. *c.*4. Ioh.Althuſ. *iuriſp.Rom lib.*1.*cap.*3. Pardul. Prat. *Lexic.lit. A verb.ætatem.* Pet.Gregor.*Syntag iur.vniuerſ.lib.vlt.cap.*7.*n.*4.*& partit.iur.Can lib.*2.*tit.*2.*cap.*1 *cum ſeqq. item de Rep lib.*4.*cap.*1.*n.*2.*ibi: ætate.* Iacob.Menoch. *de arbit.iud lib.*2.*cent.*1.*caſ.*57.*n.*12.*& caſ.*59. Ioh.Oldendorp. *de vſucap. & præſcript.memb.de ætat.hom.* Pet.Loriot. *in l.*2.*§.item impuberes.ff. de reg.iur.* Cic.*de Seneƈt.ibi: ſunt pueritiæ certa ſtudia.* Horat. *in arte poet. ibi: ætatis cuiuſque notandi.* Marcell.Palingen.*Zodiac.vit.lib.*6.*fol.(mihi)*154.Georg. Schônborn.*polit.lib.*1.*cap.*8. Barth.Keckerman.*ſyſt.phyſic.lib.*3.*cap.*10. *fol.*264.

Suaque cuique parti ætatis tempeſtiuitas eſt data; vt enim infir- 9
mitas puerorum eſt, ferocitas iuuenum, grauitas iam conſtantis ætatis: ſic ſeneƈtutis maturitas naturale quiddam habet, quod ſuo tempore percipi debeat. Cic.*d.loc.*Palingen.*eod.*

## I. Memb. de iure, quod in pueritiam cadit.

### SVMMARIA.

1 *Fœtus editus competentium iurium capax.*
2 *Ampliatur.*
3 *De cæſonibus, remiſſiue.*
4 *Limitatur.* & n.5.6.7.
8 *Partus illius, ex cuius vxore naſcitur, præſumitur.*
9 *Partus legitimus patrem, illegitimus matrem ſequitur.* & n.10.
11 *Partus his, ad quos ea res pertinet, inſpiciendus demonſtretur.*
12 *Patri interdiƈtum de liberis exhibendis datur.*
13 *Partus teſtamentariæ hæreditatis particeps.*
14 *Partus etiam legitimæ hæreditatis capax.*
15 *Ampliatur.*
16 *Ius patronatus infanti quoque competit.*
17 *A Sacerdote infans baptizandus.*
18 *Limitatur.*
19 *Compater infantem ad Baptiſmum offerat.*
20 *Nomen infanti imponendum.*
21 *Nomen ſignificandi hominis gratia repertum.*
22 *Pro libitu nomina adſumuntur.*
23 *Nomina pro arbitrio abſque dolo mutantur.*

24 *Dolo malo nomen mutans, falſumve nomen adſumens, falſi crimen incurrit.*
25 *Refert, pulcrum nomen habere.*
*Ex proprio nomine interdum arguitur.* ibid.
26 *Milantia Ioh. And. Vxor pulcra & gratioſa nomina vel emenda cenſuit.*
27 *Plura de nominis impoſitione, remiſſiue.*
28 *Partus à patre non abdicetur.*
29 *A parente partus educari debet.* & n.30.
31 *De alimentis, remiſſiue.*
32 *Illegitimus partus etiam ſuſtentandus.* & n.33.34.
35 *Matrem ipſammet decet infantem nutrire.*
36 *Exemplum.*
37 *Liberi apud conuerſum educandi.*
38 *Partus non exponendus.*
39 *Exempla.* & n.40.41.
42 *Quis anniculus dicatur.*
43 *De anno illiusq; partibus, remiſſiue.*
44 *Bimus partus.*
45 *Trimus partus.*
46 *Mater partum trimum, pater maiorem alit.*
47 *Mater id, quod in partus ſui triennalem ſuſtentationem conuertit, non repetere poteſt.*
48 *Partus quadrimus.*
49 *Quimus partus.*
50 *De infante blaſphemo à Dœmonibus rapto.*
51 *Partus ſexennis.*
52 *Mulieres Paleæ habitantes, & ſex annos natæ, pariunt.*
53 *Quis infans.* & n.54.55.
56 *Infans & infantiæ proximus furioſo æquiparantur.*
57 *Infans vel furioſus à pœna homicidij excuſantur.*
58 *Infans pro debito carceri non includatur.*
59 *Infans reſtitutione in integrum haud eget.*
60 *Septem annis maior ſponſalia contrahere poteſt.* & n.61.
62 *Mos Spartanorum.*
63 *Partus nouennis.*
64 *De puero nouenni nutricem impregnante.*
65 *Phares nouennis Ezron procreauit.*
66 *Partus decennis.*
67 *Achas decennis Ezechiam genuit.*

68 *Partus vndenus.*
69 *De puero vndeno vim procreandi habente.*
70 *Solomon vndenus Roboam genuit.*
71 *Partus duodenus.*
72 *Chriſtus Redemptor noſter duodenus inter Sophos in Hieroſolymitano templo reperitur.*
73 *Quando factio teſtamenti competat.* & n.74.75.
76 *Quamdiu pupillaris ſubſtitutio fiat.*
77 *Partus pubertati proximus.*
78 *Pubertati proximus ob delictum extra ordinem punitur.* & n.79.
80 *Pubertati proximus abſq; tutoris autoritate feudum accipere poteſt.*
81 *Proximus pubertati poteſt iurare.*
82 *Limitatur.*

I ARTICVLVS, vt humanus fœtus iam natus commodorum ſuorum, hoc eſt, competentium iurium, de quibus *articulis ſeqq.* agitur, particeps ſit, *ſupr. part. prox. n.* 1. 1

Ampliatur, vt fœtus, mortuæ matris vtero exectus, eiuſdē ſit conditionis. *l. etiam* 141. *ff. de verb ſign.* Vidē *l. anniculus.* 132. § *fin. & ibid. Gœdd. ff. eod.* Nic. Vigel. *reſponſ. iur. cent.* 3. *cauſ.* 19. Pet. Loriot. *tractat. de natiuit. axiom.* 1. 2

De cæſonibus vide C. Plin. *nat hiſt lib.* 7. *c.* 9. *Theat. vit. hum. vol.* 2. *lib.* 1. Diomed. Cornar. *hiſt. admirand.* 6 *cum ſeq.* 3

Limitatur primo in fœtu, qui mortuus editur: is enim neque natus neque procreatus videtur; nunquam etiam inter liberos cenſeri, ſicque competentium iurium capax eſſe non poteſt *l. qui mortui.* 129. *ff. eod.* Accedit Pet. Loriot. *tract. de concept. axiom.* 2. 4

Imo, nondum natus fœtus proprie partus, vel iuſtus homo, vel animal dici nequit. *l in Falcid.* 9 *in fin. ff. ad l. Falcid. l.* 1. § *ſi quis proximior. in fin. ff. vnde agnati.* Accedit Oldendorp. *in l. qui in vtero.* 7. *ff. de ſtat. hom.* And. Tiraq. *de retract. conſang.* §. 1 *gl.* 7. *n.* 76. *ibi: at is.* Pet. Gregor. *Syntag iur. vniuerſ. lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 10. 5

Nec pupillus dici poteſt. *l. non eſt.* 162. *ff. d. t. de verb ſignif.* 6

Limitatur ſecundo in eo, qui contra humani generis formam naſcitur: talis enim hominis appellationem nōn meretur. Pet. Loriot *d. tract. de natiuit. axiom.* 2. *& ſupr. lib.* 1. *part.* 10 *n.* 2. 7

II. Articulus, vt partus illius, ex cuius vxore naſcitur, eſſe præſumatur. Nicol. Vigel. *Meth. iur. ciuil. lib.* 4. *cap.* 25 *& Meth. iur. controuerſ lib.* 2. 8

*cap.2.verb filiatio.* Iacob. Menoch. *de arbit.iudic.lib.2.cent.1.caſ.89.n.19.*

9 III. Articulus, vt partus legitimus, quoad nobilitatem, & ius ciuitatis, patrem, illegitimus (qui etiam ſine legitimo matrimonio natus, vulgo quæſitus, conceptus, naturalis, ſpurius, nothus &c. dicitur) matrem ſequatur: niſi lex ſpecialis aliud inducat. *l.cum legitimæ.19.l.vulgo.23.cum l.ſeq.& ibid.Ioh.Coraſ.& Oldendorp. item l.penul.verſ.item patris vel matris conditionem ſequitur ff.de ſtat.hom.* concordat *23 q.4.c.liberi.in fi.* Accedit Pet.Greg.*Syntag.iur.vniuerſ.lib.20.c.7.n.2.* Mynſ. Weſenbec. Pet. Heig. & alij *in inſtit.de ingen.§.Sed & ſi quis.* Pet.Heig.*com.inſt.de nupt.§.ſi aduerſus.n.6.cum n.ſeq.* Frid.Pruckman.*ad l.in multis.1.par.prin.memb.3.art.23 ff.de ſtat.hom.* Weſenb. *com.digeſt.d.t.de ſtat.hom.n.vlt.*

10 Sic ſpecialis lex ſiue ſtatutum introducere poteſt, vt nobilitas (quę à patre per ius ciuile eſt inducta. *1.lib.ſeq part.1.art. 4.*) per matrem in deſcendentes continuetur: Veluti in nonnullis Sacri Rom. Imperij ciuitatibus fieri aſſolet. Ioh.Drezeler. *ad diſp.Baldi Accuſatus.§.7.n.30. cum ſeqq.* Vide Petr. Gregor.*d.Syntag.iur.vniuerſ.lib.11.cap.7 num.3.* Andre.Tiraquel.*de nobilit.cap.18. 1.lib.ſeq.part.1 art. 23. item lib.vltim.part.1. art.10.*

11 IV. Articulus, vt editus partus his, ad quos ea res pertinet, procuratoribusve eorum, ſi inſpicere velint, oſtendatur. *l.1.§.de inſpiciendo. ff. de vent.inſpic.* vide *ſupr.part.prox.art.1 n.9.*

12 V. Articulus, vt à patre pro ſuo agnitus & forte detentus partus per interdictum ſibi exhiberi ac duci petatur. *d.l.1.§.ex hoc reſcripto.verſ. poſt editum plane partum. Item l.1.in princ.& l.deinde.3.in princ ff. de exhib. lib.& l.1.cum l.ſeq. C eod.* vide Nicol.Vigel.*d.lib.4.cap.26.* Pet. Gregor. *d. cap.7 n.vlt.verſ.& poteſt.& cap.8 n.36.* Frid. Pruckman.*d.l.in multis.9.1. part.princ.memb.1.art.11.ff.de ſtat.hom.*

13 VI. Articulus, vt partus ſiue infans teſtamentariæ hæreditatis ſit capax. *Inſt.de hared. qual.& diff.§.teſtamenti.* Ioh.Oldendorp. *in l.qui in vtero.26.ibi: nam & legitimæ.ff.de ſtat.hom.* vide *1.lib.ſeq.part.1 art.9.*

14 VII. Articulus, vt partus ſeu infans ad legitimam hæreditatem admittatur. *d.verſ.nam legitimæ hæreditates his reſtituuntur. vbi Oldendorp. & Coraſ.* Vide Pet.Gregor.*de Republ.lib.vlt.cap.5.num.3.* Gregor. Rolbag. *maſcul.fœmin.certam.in Prælud.* Pet.Heig.*com.inſtit.de legit.ſucceſſ.c.5. n.7.& n.19.*

15 Ampliatur, vt ad legitimam hæreditatem decimo à patris obitu, ſeu diuortio computando menſe editus infans admittatur. *ſupr.lib.1. part.6.n.15.*

VIII. Arti-

VIII. Articulus, vt partus ſiue infans iuris patronatus ſit parti- 16
ceps: vti habetur *in tractat. meo de iure patronat num. 21. num* 41. *& n.* 56. *item num.* 71. Vide Cæſ. Lambertin. *de iur patron lib.* 1. 1. *part* 7. *quæſtion. princ. art*, 14.

IX. Articulus, vt à ſacerdote infans baptizetur. Nic. Vigel *Meth.* 17
*iur. Pontif lib.* 4. *cap.* 3. *memb. de Baptiſm. reg.* 14 *& reg* 19. Pet. Gregor. *Syntagm. iur. vniuerſ. lib.* 2. *cap.* 4 *n* 11. *& n.* 16.

Limitatur, vt ſi abſente ſacerdote periculum mortis immineat, 18
laicus eundem poſſit baptizare, vulgo Nothtauffen vocant. Vigel. *d. reg.* 19. *except.* Petr. Greg *d. n.* 11 vide *infr. lib. vlt. part.* 2. *art.* 26.

Ipſum autem baptizandum ad baptiſma compater, qui fideiuſſor 19
eiuſdem coram Deo exiſtit, offerre debet. Vigel. *d. loc. reg.* 32. *& reg.* 37. Pet. Gregor. *d. n.* 16.

Nomen etiam infantis ſignificandi gratia in tali regenerationis 20
lauacro imponendum. Vigel. *ibid. reg.* 40. Pet. Greg. *d. Syntag. iur. vniuerſ. lib.* 36. *cap.* 4. *n.* 1.

Nomina enim ſignificandorum hominum cauſa ſunt inuenta. 21
*Inſt. de legat §. ſiquidem in nomine. verſ. nomina. l. ad recognoſcendos.* 10. *de ingen. manumiſſ. l. vnic. C. de mutat. nom.* Accedit Pet. Gregor. *d. cap.* 4. *n.* 1. *& lib.* 32. *cap.* 8. *n* 2.

Nominaque pro placito adſumuntur. *d. l. vnic.* Accedit Franc. Viu. 22
*com. opin. lib.* 2. *nomina. n.* 1. *& n.* 8. *cum ſeq.* Nicol. Euerard. *Top. loc. ab Etymol. n.* 7. Pet. Greg. *d n.* 1.

Nec non pro libitu nomina ſine dolo malo mutātur. *alleg iur.* qui- 23
bus accedit Pet. Heig. *com. inſt. ad epigraph. proœm. n.* 10.

Dolo malo nomen mutans, falſumve nomen ſumens, pœna falſi 24
coercetur. *d. l vnic & l falſi.* 13. *in princ. ff ad l Cornel. de falſ.* vide Franc. Viu. *d. n.* 1. *ibi: & Bonifacius* Pet. Greg. *d. n.* 1. Guid. pap. *deciſ.* 89. *n.* 2.

Pulcrum autem nomen habere, non parum refert: quia ſæpenu- 25
mero ex proprio alicuius nomine, cum in laudem, tum in vituperationem arguitur: veluti per Cicer. in Verrem, & pro Roſc. Amer. in Chryſogon. ex nomine inuehitur.

Vnde Ioh. Andr. refert; Milantiam vxorem ſuam dixiſſe, pulcra 26
& plauſibilia nomina, ſi vel emenda eſſent, deligenda. Euerard. *d. loc.* Franc. Viu. *eodem num.* 2. *cum ſeqq.* Pet. Heig. *d. loc. num.* 9. Nicol. Vigel. *Dial. iur. lib* 2. *loc à nom. except. in fin.* Pet. Gregor. *d. num.* 2. *vide eund. d. cap.* 4 *num.* 3.

Plura de impoſitione nominis vide *Theat. vit hum. vol* 3. *lib.* 3. Pet. 27

Gregor.*d.n.*1.*& lib.9.cap.9.num.26. ibi: à ſeptimo die.*Cæl.*antiq.lect.lib.12. cap.12.*

28 X. Articulus, vt à patre partus non abdicetur, negeturve. *l. abdicatio. 6.& l.nec filium.9.de pat poteſt.* vide Pet.Gregor. *d.lib.11.c.9.n.3.cum ſeqq. & de Rep lib.14.cap.3.n.7.* Matth.Weſenb. *com.digeſt.tit.de his,qui ſunt ſui vel alien.iur.n.3.*

29 XI. Articulus, vt à parente ſecundum naturæ dictamen partus educetur, hoc eſt, neceſſaria eidem ſuppeditentur alimenta. *l ſi competenti. 3.cum l.ſeq.C.de alend. lib. & l. cum n.* 8. §. *ipſum autem.* C *de bon. quæ lib.* concordat *diſt* 30.*c.ſi quis reliquerit.* Vide Pet.Gregor. *d cap 3.in prin. & in fin.* Weſenb *d.n* 3.

30 Et qui ſuis liberis alimenta denegat, necare videtur. *l. necare.* 4.*ff. de agnoſc.& alend. lib.* Pet.Gregor. *d.lib.11.cap.10 num.2.& lib.36. cap 23. num.2.*

31 De alimentis, quorum nomine non modo victus, ſed cætera quoque onera, omneſque vitæ neceſſitates comprehenduntur, vide *l. de his.8.ff.de tranſact. gl.ſi quis.5.§.non tantum. verb cætera.ff. d.t de agnoſc.& alen.lib.* Rol.à Vall. *vol 1.conſil.22.* Alexand *lib.6.conſil.178.* Nic.Vigel. *Meth.iur.ciuil lib.2.cap.vlt.& lib.14 cap 5.*

32 Illegitimum tamen partum (cuius *ſupr.art.3.* meminimus) pater ſecundum iuris ciuilis rigorem alere non tenetur. *d l.5.§.idem reſcripſit. & l ſi negat.7.ff eod. item nouell.c.89.§.fin quæ inſerta habetur. in l ſi quis.6.C. de inceſt.& inutil.nupt.*

33 Sed contrarium & mitius ius Canonicum ſtatuit. *c.cum haberet.5.§. fin.de eo,qui duxit in mat.quam poll per adult.* Frid.Pruckman. *d. l.in multis. 2.part.prin.art.35.n.9.*

34 Mater illegitimum partum alere non prohibetur, ſed tenetur. *d.l. 5.§.idem in liberis.verſ ergo & matrem cogemus præſertim vulgo quæſitos liberos alere.* vide Iacob.Menoch. *de arbit iudic.lib.2.cent.2.caſ.168.* And. Gail. *lib.2.obſ.88.* Pet.Heig. *com.inſt.de nupt.§ ſi aduerſus.n.11. item de legat.§.legari n 5.* Franc.Hotom. *conſil.24.& 1.art.15.*

35 Quinimo mater ipſa lactentem infantem lactare, & non nutrici (vti nonnullæ matres, nulla neceſſitate cogente, perperam faciunt) lactandum tradere debet. *diſt.5.c.fin. §.praua.* Vide A.Gell. *lib.12. cap.1.* Pet.Gregor *d.cap.10.n.4.& d.lib.14 cap.4.*

36 Romani infantem matris lacte educari potius, quam apud coemptas nutrices ali permittebant, cum ingenuitas à matre ſola, non patre proficiſcebatur: aut ſi permiſiſſent, magna cura, præcipuas

illi

Illi nutrices Laconicas, velut educationis magiſtras, admouebant: Et apud Germanos mater filium ſuo lacte aluit: vt teſtatur Tacit. *lib. de morib. Germ.* inquiens: *Sua quemq; mater vberibus aluit, nec ancillis, nec nutricibus delegatur.* Alex. ab Alex. *genial. dier. lib. 2. cap. 25.*

Sane vno coniugum ad Chriſtianam fidem reuertente, & altero in hæreſi perſeuerante; liberi apud conuerſum educandi. *c. 2. de conuerſ. infidel.* 37

XII. Articulus, vt partus à parentibus non exponatur, ſeu ſubiiciatur. *l necare. 4 ff. de agnoſ. & alen. lib. l. 2 cum gl. verb. aduimaduerſioni. C. de infant. expoſ.* Concordat *c. vnic. de infant. & languid. expoſ.* Accedit *Carol. V. Conſtit. pub iud. Art.* 132. Iul. Clar. § *fin. quæſt. 83. verſ. partum. 7.* Petr. Greg. *d lib. 11. cap. 10. n. 1. cum trib. num. ſeqq. & lib. 15. cap. 20. n. 5. cum ſeq. & n. 23. item de Rep. lib. 14. cap. 3 n. 6.* 38

Semiramis infans expoſita, & ab auibus, quæ alis eam fouentes enutriuerunt, coagulato lacte è vicinis paſtorum mappalibus rapto, educata fuit: paſtores tandem repertam præſidi paſtorum Regio donarunt: qui liberis carens, filiæ loco eam ſuſcepit, & ab auibus lingua Syra Semiramidem appellauit: nuptui autem Menoni ſupremo Syriæ Præfecto elocauit, à quo poſtea Ninus Rex Aſſyriæ eam ad ſe tranſtulit. Diodor. Sicul *lib. 3.* 39

Cyrus Perſici Imperij primus Imperator, quoque expoſitus fuit. *Iuſtin. hiſt. lib.* 40

Plura exempla infantum expoſitorum vide *Theat. vit. hum. vol. 2. lib. 3 fol. (vol. 1) 310.* 41

XIII. Articulus, vt partus, ſi anni diem vltimum, hoc eſt, 365. attigerit, non etiam exegerit, ſed eodem die mortem obierit, Anniculus (quem nonnulli vnnennem, vulgo Järling nuncupant) dicatur: quia ciuiliter annus non ad momenta temporum, ſed ad dies numeratur. *l. anniculus. 132. cum duab. ll. ſeqq. ff. de verb ſignif.* 42

De Anno, eiuſque partibus, vide Ioh. Oldendorp. de vſucap. & præſcriptionibus, membro de hora, die, menſe & anno. Nicodem. Friſchlin. *lib. 4. Aſtron. cap. 9 Theat. vit. hum. vol. 24. lib. 1.* Iacob. Menoch. *de arb. iud. lib. 2. cent. 1. caſ. 50.* Polyd. Virgil. *de inuent. rer. lib. 2. c. 4. cum duob. capp. ſeqq.* Pet. Greg. *Syntax. art. mir. lib. 8. c. 42.* 43

XIV. Articulus, vt partus, qui alterum annum attigerit, bimus, ſiue bimulus, hoc eſt, duos annos natus, vel biennis dicatur: adeo, vt ſi annuum legatum ei fuerit relictum, primum annum finiiſſe, & ſecundum cœpiſſe, quo legatum illius anni ad eiuſdem hæredes (quan- 44

do nimirum in bimatu deceſſerit) tranſmittatur, ſufficiat. *l. à vobis. 5. & l. in ſingulos. 8. §. illud. ff. de ann. legat.*

45 XV. Articulus, vt partus, quando triennium attigerit, trimus, ſeu trimulus, vel triennis vocetur.

46 Mater quidem partum trimum, pater vero maiorem alere tenetur. *l. nec filium. 9. ibi: & remedium. C. de pat. poteſt. gl. l. ſiquis. 5. ergo & matrem. verb. vulgo quæſitos. ff. de agnoſcen. & alend. liber. gloſſ. l. 3. verb. ei. C. eod.* Frid. Pruckman. *ad l. in multis. 2. part. prim. art. 29. ff. de ſtatu hom.* Vnde diſtichon:

*Mater alit puerum trimum, trimoq; minorem:*
*Maiorem vero paſcere, patris erit.*

*gl. c. 2. verb. poſt triennium. de conuerſ. infidel.*

47 Ideo mater id, quod in trimam partus eius alimentationem conuertit, non repetit: cum id materna pietate fecerit: ſin in eiuſdem res vtiliter & probabiliter quid impenderit (ſi non etiam hoc materna liberalitate, ſed animo recipiendi præſtitiſſe oſtenderit) negociorum geſtorum, actione conſequitur. *l. alimenta. 11. C. de negot. geſt.*

48 XVI. Articulus, vt partus ætatis ſuæ quarto anno quadrimus, vel quadriennis appelletur. Vnde quadrimatus, id eſt, quatuor annorum ætas dicitur; Vide Amb. Calepin. *Diction. lit. Q. verb. quadrimus.*

49 XVII. Articulus, vt partus ætatis quinto anno vocetur quimus, vel quinquennis. Hinc quimatus pro quinque annorum ætate capitur. Amb. Calepin. *d. lit. Q. verb. quimus.*

50 Quidam puer quimus blaſphemus in ſinu patris à Dæmonibus extinctus & abductus fertur. Gregor. *Dialog. lib. 4.* Alex. Carer. *tract. de ſponſ. & matrim. lib. 1. c. 7.* Phil. Camer. *medit. c. 86. ibi: ſic Abbas.*

51 XVIII. Articulus, vt partus ſexto ætatis anno ſexennis nominetur.

52 Megaſthenes autor eſt, mulieres Paleæ habitantes, ſex annos natas parere. Phleg. Trall. *de mirab. & prodig.* C. Plin. *nat. hiſt. lib. 7. c. 2.*

53 XIX. Articulus, vt partus ſeptimo anno ætatis tam ſeptennis, quam infans dicatur.

54 Qui enim intra annum ſeptimum eſt, infans vocatur. *l. ſi infanti. 18. in princ. C. de iur. delib.* vide *ſupr. part. prox. n. 3.*

55 Recte autẽ infans dicitur, quaſi nullis idoneus officiis; quia conſilio prorſus caret, ac primæuę innocentiæ, qua Deus ab initio creauit hominem, exemplum nobis refert. Ioh. Oldendorp. *de vſucap. & praſcr. memb. de ætat. hom. n. 1.*

Et infans, infantiæque proximus per benigniorem iuris interpretationem furioſo æquiparatur: cum nullum habeat intellectum. *Inſtit. de inutil. ſtipul. §. pupillus. verſ nam infans.* Vide Ioh. Oldendorp. *d. loc. n. 2.* Iacob. Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. cent 1. caſ. 57.* 56

Vnde infans vel furioſus hominem interficientes, l. Cornel. de ſicar. non tenentur: cum vnum innocentia conſilij tueatur, alterum fati infelicitas excuſet. *l. infans. 12. ff. ad l. Corn. de ſicar.* vide *l. impuberem. 23. ff. de furt.* 57

Infans etiam pro debito realiter (quod fit per captiuitatem & apprehenſionem perſonæ) non citatur. And. Gail. *lib. 1. obſ. 48. n. 12. & n. 16. verb ſimiliter.* 58

Infans, cum ipſo iure ſit tutus, reſtitutione in integrum non eget. At maiores ſeptennio, quouſque ætatem viginti quinque annorum impleant, eadem vti poſſunt: ſi nimirum quid male geſſerint: aut ſi emolumentum, quod adquirere potuiſſent, omiſerint: aut quod habuere, perdiderint: vel ſe oneri, quod illis recuſare licuit, imprudenter obligarint: cæteris recte geſtis, ratis & probatis. Petr. Gregor. *Syntag. iur. vniuerſ. lib. 13. c. 4. n. 1. cum n. ſeq.* Vide 1. *memb. ſeq. art. 4.* 59

XX. Articulus, vt partus octauo ætatis anno, quo octennis vocatur, ſponſalia contrahere poſſit: modo quid fiat, intelligat. *l. in ſponſalib. 14. verſ. ſi modo id fieri ab vtraque perſona intelligatur, id eſt, ſi non ſint minores, quam ſeptem annis ff. de ſponſalib.* Accedit Nicol. Vigel. *Meth. iur. Pont. lib. 4. cap. 11. memb. 4. except. 1. repl.* Pet. Greg. *Syntag. iur. vniuerſ. lib. 8. cap. 5. & partit. iur. Can. lib. 3. tit. 20. cap. 4.* Winol. Molrad *tract. de matrim. mem. de minor.* Alex. Carer. *tract. de ſponſal. & matrim. lib. 1 cap. 7. cum duob. capp. ſeqq.* Hen. Bocer. *diſp. claſ. 1. diſp. 19 theſ. 65. cum duab. ſeqq.* And. Fachin. *controuerſ. iur. part. 1. lib. 3. c. 26.* Frid. Pruckman. *ad l. in multis. 2. part. princ. art. 19. n. 4. ff. de ſtat. hom.* 60

Pupillus etiam, qui ſeptimum annum exceſſerit, & fari potuerit, ſtipulari valet, per ea, quæ allegat Nicol. Vigel. *Meth. iur. ciuil. lib. 16. c. 3. except. 1.* 61

Apud Lacedæmonios ex lege Lycurgi nemo pro arbitrio ſuo alere & inſtituere filium ſuum poterat: ſed omnes, vt ſeptimum annum exceſſerant, centuriati erant in claſſes, & pari vnaque libertate & contubernio colludere, & ſtudio vacare ſolebant. Pet. Gregor *de Republ. lib. 18. cap. 2. n. 6.* 62

XXI. Articulus, vt partus nouem ætatis habens annos appelletur nouennis. 63

64 De puero quodam nouenni, qui nutricem ſuam grauidam fecit, vide *gl.20.q.1.in prin.verb.quod intra annos.* Cæl *antiq.lect.lib.14 cap.8.* Iacob.Menoch.*de arb.iud.lib.2.cent.1.caſ 57.n.33.* Pet.Gregor.*d. Syntag.iur. vniuerſ.lib.9.c.7.n.9.* Frid.Pruckman.*d art.19.n.8.* Vide *1 art.17.n.2.*

65 Scribitur apud Hebræos, quod Phares filius Iudæ genuit Ezron, cum tantum nouem annos haberet. Petr.Gregor.*d.n.9.*

66 XXII. Articulus, vt partus decem annos natus nominetur decennis, nec non infantiæ proximus, puta in fœmina. vide *ſupr.part. proxn.4.*

67 Achaz decennis Ezechiam procreauit. Pet.Gregor.*d.n 9.*

68 XXIII. Articulus, vt partus vndecim ætatis habens annos dicatur vndenus, item pubertati proximus, ſcil.in fœmina. *ſup.d.part.prox. num.4.*

69 Quendam puerum vndecim annorum vim procreandi habuiſſe, teſtatur Hoſtien. *in c.fin.de eo, qui cognouit conſang. vxor.ſua.* Iacob. Menoch.*de arbit.iud.lib.2.cent 1.caſ.57.n.32.* vide *ſupr art 21.n.65.*

70 Salomon in vndecimo ætatis ſuæ anno Roboam genuit. Pet.Gregor.*ibid.*

71 XXIV. Articulus, vt partus duodecim annos natus vocetur duodenus, & infantiæ proximus in maſculo.*d.n.4.*

72 Chriſtus ſeruator noſter duodecim annos natus, Hieroſolymis inter Sophos in templo inuenitur. *Luc. 2.*

73 Fœminæ vltimo duodecimi, maſculo decimi quarti anni die factio teſtamenti permittitur. *l.qua ætate.5.ff.qui teſtam.fac.poſſ.* Vide Petr. Gregor. *d.Syntag.iur.vniuerſ lib.42.cap.8.n.3.* Ioh. Dauth.*tract.de teſtam. memb.qui teſtam.fac.poſſ.n.143.ad n.147.* Herm.Vult.*iuriſp.Rom.lib.1.c.73. n.11.cum n ſeq.*

74 Id, quod adeo verum eſt, vt minor Curatorem habẽs, ſine eodem vltimam voluntatem poſſit ordinare. *Dd.in l. Aurelio.20. §. Gaius Seius. ff.de liberat leg.* Hier.Franc.*in l. in teſtamentis.12.n.8.ff. de reg.iur* Euerard. Top.*loc.à contract.ad vlt.vol.n.3 verſ.ſeptima.*Pet.Heig.*com.inſt.quib.non eſt permiſſ.fac.teſtam.§.præterea n.5.*

75 Imo, pupillus, etſi Curator diſſenſerit, & eundem teſtari prohibuerit, teſtari valet. Pet.Heig *d.loc.n 6.*

76 Fœminæ etiam ad duodecimum, maſculo ad decimum quartum annum à patre ſubſtituitur, adeo, vt, quamuis longius tempus addatur, tamen talis ſubſtitutio pubertate finiatur & euaneſcat. *Inſt.de pup. ſubſtit.§.qua ratione.verſ.& hoc ad exemplum pupillaris ſubſtitutionis: quæ poſt-*

*quam pupillus adoleuerit, infirmatur. & §.maſculo.l.verbis.7.in princ.l.in pupillari.14. & l.ex facto.43.in princ.& §.quæro. verſ.ſed finis huius pubertas eſt ff. de vulgar.& pupill.ſubſtit.* vide *infr. memb. prox. artic.* 2. *& lib ſeq part.* 1. *art.*10.

XXV. Articulus, vt partus ætatis anno decimo tertio dicatur proximus pubertati in maſculo. 77

Pubertati autem proximus, cum ſit doli capax, etſi delinquere poſſit. *Inſt.de oblig.quæ ex delict. naſc.§.in ſumma l ſed etſi.5.§.quod ſi impubes. ff.ad l. Aquil l impuberem.23.ff.de furt.l pupillum.111.ff.de reg iur.* Tamen à pœna ordinaria excuſatur, & extra ordinem punitur: quia ætatis miſeratio iudicem ad pœnæ mitigationem permouet. Eſt enim ætatis potiſſimum priuilegium, quod in omnibus fere pœnalibus iudiciis mitius cum illis agatur, qui aut propter immaturitatem ætatis minus ſapiunt, aut propter confectas vires corporis & animi repueraſcere videntur. *l.fere.108.verb.ætati ff.d.t.de reg.iur.* Pet. Heig. *com. inſt. quibus mod tut.fin.§.item finitur.n.3 cum trib.num.ſeqq.* Conrad. Lag. *iur. ciuil. Meth part.6.cap.7.n.22.cum duob.n ſeqq.* Ioh. Oldendorp. *de vſucap. & præſcript.memb.de ætat.hom.n.3.* vide *infr.memb.4 art.5.n.13.* 78

Pubertati enim proximus, & doli capax, is certe vocatur, in quo rationis lumen ita ſcintillat, vt turpitudinem rerum, & honeſtatem internoſcens, ſeſe peccare non obſcure intelligat. Sed cum lex nuſquam definierit, quo tempore hoc lumen ſic in tenera iſta ætate fulgeat, hoc totum iudicis arbitrio eſt committendum, qui non tantum annorum numero, ſed ætatis quoque malitia diligenter examinata pronunciabit, an impubes, qui deliquiſſe dicitur, pubertati proximus, doli ve capax eſſe, nec ne, cenſeri debeat. Vide Georg. Cruder. *paraph.inſt.de oblig quæ ex delict.naſc.tit.1.§.in ſumma.* Iac. Menoch. *de arbit. iud.lib.2.cent.1 caſ.57.n.20.cum ſeqq.* 79

Pubertati autem proximus vel ſine tutore feudum accipere poteſt. Georg. Obrecht. *diſp feud diſp.4.cap.2.theſ.81 cum duab.ſeqq.* Hen. à Roſenthal. *Synopſ.iur feud.cap.6.concl.71.* Ioh. Schöner. *diſp feud.lib.1.diſp.5 theſ.115.* 80

Necnon proximus pubertati iurare poteſt. *l.qui iuraſſe.26.in princ. ff de iureiurand.& l fi.§ in eum: ibi: ſcil.& qui iurare potuerit.ff. de liberal. cauſ.* Accedit Pet. Gregor. *Syntag.iur.vniuerſ.lib vlt c.7.n.* 4. Hen Bocer. *diſp. claſ 5 diſp.12.theſ.24.* vide Nepot. de Mont Alban. *tract.de teſtib.n.53.* 81

Verum in iureiurando, quod ſuper contractu ratione minoris ætatis reprobato fit, iurans pubes, id eſt, quatuordecim, ſi maſculus, & 82

duodecim annis, ſi fœmina ſit, maior eſſe debet. *gl. d. §. in eum. verb. potuerit. l. 1. cum auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit.* Pet. Gregor. *d. lib. vlt. cap. 5. n.* 8. Ioh. Dauth *in c quamuis. n. 68. de pact in 6.*

## II. Membr. de iure, quod in Adoleſcentiam cadit.

### SVMMARIA.

1 *Mas & fœmina, ephœbis egreſſi, per naturæ inſtinctum, rite & perpetuo coniunguntur.* & n. 2.
3 *Concubinatus vetitus.*
4 *Legitima maris & fœminæ coniunctio non concubitu, ſed conſenſu contrahitur.*
5. *Coniuges ad mutuam coniugalis debiti exolutionem adſtricti.*
6 *Vſus matrimonij.*
7 *Reipub. refert, liberos procreari, iisq; ciuitatem repleri.*
8 *Ob numeroſam ſobolem parentibus ſingularia iura conceſſa.* & n. 9. 10. 11. 12. 13. 15. 16. 19.
14 *Ad munerum excuſationem defunctus filius, niſi in bello amiſſus, non prodeſt.*
17 *De inferioris Auſtriæ conſuetudine legitimæ liberorum hæreditates parentibus neutiquam deferuntur.*
18 *Alexander M. grauidis mulieribus duplex congiarium adnumerari voluit.*
20 *Ob impotentiam matrimonium diſſoluitur.*
21 *Qui cauſam dat ſterilitatis, homicidij reus eſt.*
22 *De ſterilitate remiſſiue.*
23 *Pubes à tutela liberatur.*
24 *Pubes teſtificari poteſt.*
25 *Ampliatio.*
26 *Limitatio prima.*
27 *Sublimitatio.*
28 *Limitatio ſecunda.*
29 *Limitatio tertia.*
30 *Pubes poteſt obligari.*
31 *Pubes læſus ad 25. ætatis annum reſtituitur.*
32 *Pubes iuri ſuo renunciare valet.*
33 *Pubes citra Curatoris conſenſum feudum accipit.*
34 *Pubes rem ſuam ab alio in feudum non recognoſcere poteſt.*

35 *Pubes abſque Curatore antiqui feudi renouationem poteſt facere.*
36 *Quod tempus ad ætatis veniæ impetrationem idoneum ſit.*
37 *Reſtitutio in integrum poſt veniæ ætatis conceſſionem denegatur.*
38 *Quamdiu alimenta ad pubertatem legata debeantur.*

1. ARticulus, vt maſculus ac fœmina, cum puberes eſſe cœperint, 1
ſecundum naturæ ordinem legitime coniungi poſſint: *ſupr. lib.
2 n.8. cum n.ſeq.*

Quæ coniunctio (cuius ſynonyma habentur *ſupr. lib. 1. part. 6. n. 7.*) 2
indiuiduam vitæ conſuetudinem continere debet. *Inſtit. de pat poteſt in
prin. & ibid. Pet. Heig. & l. 1. ibi: conſortium omnis vitæ ff de rit. nupt.* Accedit
Hier. Fran *in l. nuptias. 30 n. 17. ff. de reg. iur.* Winold. Molrad. *tract. de ma-
trim. memb. de nupt.* Henr. Bocer. *diſp claß. 1. diſp. 19. theſ. 2.* Alex. Carer. *tract.
de ſponſ. & matrim. lib. 5. c. 6. cum capp. ſeqq.* Pet. Gregor. *Syntag. iur. vniuerſ.
lib. 9. cap. 2. cum duob capp. ſeqq.*

Itaque, vt maſculus cum fœmina aliquandiu coeat, eamq, poſtea 3
pro libitu dimittat, licitum haud eſt. *diſt. 34. c. audite. §. concubinas. 32. q. 2.
c. concubina in princ cum c. ſeq. verſ. etiam. & q. 4. c. dicat.* Vide Nicol. Vigel.
*Meth. iur. controuerſ. lib. 3 cap. 8. reg. 76. cum duab. ſeqq.*

Eiuſmodi autem maris & fœminæ coniunctio non per concubi- 4
tum, ſed tam coniungentium, quam eorum, quorum in poteſtate exi-
ſtunt, conſenſum contrahitur. Hieron. Fran. *in l. velle. 4. n. 41. cum duob. n.
ſeqq. item ad l. nuptias. 30. n. 20. & n. 31. ff. de reg. iur.* Nicol. Vigel. *d. cap. 8. reg.
21. except. 16 cum ſeq.*

Suntque mas & fœmina per talem coniunctionem ita deuincti, 5
vt alter alteri coniugale debitum (vt vocant) præſtare teneatur: ma-
xime, ſi non libidinis, ſed procreandorum liberorum cauſa exigatur.
1. *Cor. 7.* Nicol. Vigel. *Meth. iur. Pontif lib. 4. cap. 16. reg. 5.* Pet. Gregor. *d. lib.
9. cap. 20. n. 1. cum duob. num. ſeqq.*

Vſus namque matrimonij conſiſtit in tori coniugalis fide: in cura 6
ordinate liberos procreandi: & bono vſu concupiſcentię. *31. q. 1. c. Deus.
32. q. 1. c. non enim. cum c. ſeq. in prin.* Concordat *nouell. c. 21. in prin. ibi: ſtudium
nuptiarum totius eſt (vt ita dicitur) humanæ ſobolis. & nouell. c. 39. in prin. ibi: ma-
xime in nuptiis, quarum nihil eſt hominibus vtilius, tanquam ſolis facere homines
valentibus.*

Reipublicæ etiam intereſt, liberos procreari, iiſque ciuitatem im- 7
pleri. *l. 1. ſolut. matrim.*

Imo ob liberos, maxime πολυπαιδίαν, ſiue eorum multitudinẽ pa- 8
rentib, ſingularia iura conceſſa ſunt, vt *ſeqq.* patebit.

9 Primo, propter liberorum educationem patri vacatio munerum conceditur, *l.ſemper.5.§.demonſtratur.ibi: vt concedamus, filiorum educatione remitti tibi munera.ff de iur.immunit.*

10 Ternarius enim numerus liberorum patrem à tutelæ curæve munere excuſat. Nicol. Vigel.*Meth iur.ciuil lib.5.c.6.cauſ.1.*

11 Ternarius numerus liberorum etiam patrem à legationis munere excuſat.*l,1.C.de legat.*

12 Quinarius numerus ab aliis muneribus excuſat. Nicol. Vigel. *d. Meth.iur:ciuil.lib.3.cap 37.reg.8.*

13 Sed duodenarius liberorum numerus cum à muneribus, tum honoribus excuſat. *d.§.demonſtratur ibi: tamen quia ſedecim (alias duodecim) pueros habere te per libellum ſignificaſti. & l.ſi quis.24 C.de decurion.*

14 Non tamen ad excuſationem munerum defunctus filius prodeſt; præterquam in bello amiſſus.*l.vlt.in princ.ff.de vacat.& excuſat.mun.*vide *ſupr.lib.1.part.11.n.5.*

15 Secundo, parentibus (etſi inæqualis eſt eorum poteſtas) æqua pietas, reuerentia, & obſequium à liberis ſecundum quartum præceptum Decalogi debetur: cui adſtipulatur *l.furioſa verſ.pietas ff. de curat.furioſ. l.1.§ 1.& l.liberto.9.cum l.ſeq.ff.de obſ.lib.l.ſi filius.3.cum l.ſeq.C.de pat.poteſt.* concordat *33.q.5.c.eſt ordo.* Frid. Pruckman. *in l. in multis. 1.part.prin. memb 3.art.13.n.4.ff.de ſtat.hom.*

16 Tertio, parentibus hæreditates legitimæ liberorum deferuntur. *nouell.c.127.in prin.* Vide Nicol. Vigel. *d.Meth.iur.ciuil lib.4.cap.6.regul.3. cum tribus ſeqq.* Petr. Gregor. *d. Syntag.iur.vniuerſ.lib.45.cap.9.cum cap. ſequent.*

17 Sane ſecundum inferioris Auſtriæ conſuetum morem hæreditates legitimæ liberorum parentibus nequaquam deferuntur.

18 Alexander M. prægnantibus mulieribus congiarium duplicari iuſſit. Plutarch. *in vit.Alex.*

19 Alia inter parentes & liberos competentia iura vel officia iura vel officia, vide Nicol.Vigel.*d.Meth.iur:ciuil.lib.4.cap.12.* Ioach.à Beuſt. *Enarrat.Euang.Dom.poſt Epiphan. Dom.* Pet.Gregor.*d.lib 9.cap.6.n.38.cum duob num.ſeqq. Theat.vit.hum.vol.18.lib.4 fol.(mihi)3388.* Didac. Couar. *Epit.ſponſal.part.2.c.8.in prin.n.1.* Phil.Camer.*med.hiſt.cent.2.c.65.*

20 Cæterum, ſi forte mas vel fœmina incurabiliter impotentes facti fuerint, adeo, vt ille nec generare, hæc nec concipere queat, inter eos memorata coniunctio diſſoluitur. Nic.Vigel.*d.Meth. iur.Pontif. lib.14. c18.cauſ.13.* Winold. Molrad. *d.tractat.de matr.§.ſi vxor.memb. de impot.*

Et perſona, quæ cauſam ſterilitatis dederit, Reus homicidij eſt. *c. ſi aliquis. 5. de homicid.* Accedit Carol. V. *conſtit. publ. iud art.* 133. *ibi:* Wer auch ein Mann oder Weib vnfruchtbar machet. 21

De ſterilitate vide *d Theat. vit hum. vol. 2 lib. 5.* 22

II. Articulus, vt pupilli, pupillæve, cum puberes eſſe cœperint, à tutela liberentur. *inſt. quib. mod. tut. fin. in prin. l. ſi impuberi.* 13. §. *ſed ſi puella. ff de tut. dat. l. tutor.* 28. *ff. de admin. tut.* 23

III. Articulus, vt fœmina 12. maſculus 14. ætatis completo anno, hoc eſt, puberes, teſtimonium dicere queant. *l. teſtium.* 3. §. *lege. verſ. quive impubes. l. ex eo.* 18 *cum l ſeq. in fin ff. de teſtibus. l. qui teſtamento.* 20. §. *mulier. ibi: alias autem ff. qui teſtam. fac. poſſ.* Concordat 4. *q.* 2. *c.* 1. *in fin.* 15. *q.* 3. *c. ex eo. item c. quoniam.* 3. *& c. tam literis.* 33 *de teſtib.* Accedit Franc. Viu. *com opin. lib.* 1. *teſtis eſſe non poteſt pupillus.* Gram. *deciſ.* 40. *n.* 15. Pet. Gregor *Syntag. iur. vniuerſ. lib.* 48. *cap.* 13. *n.* 28. Nepot. de Mont. Alb. *tract. de teſtib. n.* 5. vide *ſupr. lib prox. n.* 21. *& infr. lib. vlt part.* 1. *art.* 13. *& part.* 2. *art.* 23. 24

Ampliatur, vt pubes de iis, quæ impubes, pręſertim pubertati proximus, vidit, vel audiuit, teſtimonium ferre poſſit. Franc. Viuius *d. loc. ibi: fallit.* Nepot. de Mont. Alb. *d loc n.* 5. Ioh. Crot. *tractat. de teſtib. part.* 4 *n.* 194. Albet. de Malet. *tract. de teſtib cap.* 5. *n.* 21. *cum num. ſeq.* Eman. Soarez. *com opin* T. 121 Bapt. à Vill. *com. opin. P.* 386. Iul. Clar. §. *fin. quæſt.* 24. *verſ. vide ibi: cæterum.* 25

Limitatur primo in criminali cauſa: in ea enim ne pubes quidẽ ante vigeſimum annum teſtis eſſe valet. *l. in teſtimonium.* 20. *in fi. ff. d. t. de teſt.* Accedit Franc. Viu. *eod. ibi: nam in criminali.* Gram. *d. deciſ.* 40. *n.* 17. Iul. Clar. *d loc.* Nepot. de Mont. Alb. *eod. n.* 54. Ioh. Crot. *d. tract. part.* 1. *n.* 12. Ant. Gomez. *Reſolut lib.* 3 *cap.* 12. *n* 13. *verſ. ſecundo repellitur.* Ioh. Oldendorp. *de vſucap. & præſcript. memb. de ætat. hom. n.* 10. 26

Sublimitatur in inquirendo læſæ Maieſtatis crimine: in quo 14. annis minor ad ferendum teſtimonium torqueri poteſt. *l. à minore.* 10. *& l. ex libero.* 15. §. 1. *ff. de quæſt.* Accedit Albert. de Malet. *d. cap.* 5. *n.* 19. Frid. Schenck. Baro à Taut. *tract. de teſtib. n.* 13. Tib. Decian *tractat crim. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 37. *num.* 30. Nicol. Vigel. *Meth. iur. controuerſ. lib.* 1. *cap.* 10. *reg.* 23. *except.* 3. *& repl. gen.* 1. 27

Limitatur ſecundo in teſtamento; in quo fœmina etiam pubes teſtis eſſe nequit. *infr. lib. vlt. part.* 2 *art.* 9. 28

Limitatur tertio, in feudis: in quibus fœminæ teſtes non admittuntur. Pet. Greg. *d. Syntag. iur. vniuerſ. lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 2. And. Gail. *lib.* 2. *obſ.* 50. *n.* 6. Hen. à Roſenthal. *Synop. iur. feud. c. vlt. concl.* 59 *infr. lib. ſeq par.* 1. *art.* 25. *& lib. vlt part.* 2. *art.* 12. 29

IV. Ar-

30 IV. Articulus, vt pubes obligari poſſit. *l. obligari. 42. verb. pube. ff. de oblig & act. l. puberes.* 101 *ff. de verb. oblig.* vide Matth. Weſenb. *com. Digeſt. de oblig. & action. n. 7. ibi: cum autem conſenſus.* Nicol. Vigel. *Meth iur. ciuil. lib. 15 cap 2. except.* 1.

31 Pubes autem læſus ad 25 ætatis annum reſtitui poteſt. *gl. d. l.* 101. *verb. obligari.* Vide *ſupr. memb. prox. art.* 13.

32 V. Articulus, quod pubes iuri ſuo poſſit renunciare: quia qui poteſt obligari, poteſt etiam renunciare: renuncians enim obligatur: per ea, quæ allegantur *in tract. meo de varior. iur. Renunciat. cap. 5. n. 9.*

33 VI. Articulus, vt pubes abſque Curatore recte feudum accipere poſſit. Georg. Obrecht. *diſp. feud. diſp. 4. cap. 2. theſ. 165. cum ſeqq.* Hen. Bocer. *claſ. 4. diſp. 12. theſ. 39.* vide *ſupr. memb. prox. art. 25 n. 90.*

34 Pubes tamen rem ſuam ab alio in feudum recognoſcere prohibetur. Georg. Obrecht *d. c. 2. theſ. 87.* Hen. Roſenthal. *Synopſ. iur. feudal. cap. 3. concl. 8. n. 4.*

35 VII. Articulus, vt pubes ſine Curatore antiqui feudi renouationem facere poſſit. Ioh. Schöner. *diſp feud. lib. 1. diſp. 2. theſ. 50.* vide *infra. memb. prox. art. 5.*

36 VIII. Articulus, vt fœmina 18. maſculus 20. ætatis ſuæ completo anno à principe veniam ætatis, vt ſcil. pro maiori (quantum rerum domeſticarum adminiſtrationem attinet) habeatur, petere poſſit *l. 1. cum trib ll. ſeqq C. de his, qui ven. ætat. impet.* Accedit Conrad. Lag *iur ciuil. Meth. part. 6 cap. 7 n. 17.* Ioh. Oldendorp. *de vſucap. & præſcrip. memb. de ætat. hom. n. 6. cum n. ſeq.* Hen Bocer *claſ. 5 diſp. 14. theſ. 69. cum ſeqq.*

37 In integrum autem reſtitutionis auxilium aduerſus ea, quæ poſt veniæ ætatis inſinuatam conceſſionem geruntur, fruſtra imploratur. *d. l. 1.* Conrad. Lag. *d. cap. 7 n. 34.* Petr. Gregor. *d. Syntag. iur. vniuerſ. lib. 13. cap. 4. n. 11.* Vide Nicol. Vigel. *Meth. iur. ciuil. lib. vlt. cap. 4. quæſt. 4. except. 5. & infr. memb. ſeq art. 3. n. 7.*

38 IX. Articulus, vt ad pubertatem legatis alimentis, fœmina quidem ad decimum quartum, maſculus vero ad decimum octauum annum alatur. *l. Mela. 14. §. certe. ff. de aliment. & cibar. legat.* Ioh. Oldendorp. *d. memb. de ætat. hom.*

III. Mem-

## III. Membrum de iure, quod in iuuentutem cadit.

### Svmmaria.

1 *Vigintiquinque annis maior ſub curatione eſſe ceſſat.*
2 *Quis ea, quæ in minori ætate geſſit, poſt 25. annum ratihabere poteſt.*
3 *Exemplum.*
4 *Intra quatuor annos poſt 25. annum reſtitutio in integrum peti poteſt.*
5 *Limitatio prima.*
6 *Sublimitatio.*
7 *Limitatio ſecunda.*
8 *Limitatio tertia.*
9 *Limitatio quarta.*
10 *Aliæ limitationes remiſſiue.*
11 *Maior 25. annis dotem poteſt conſtituere.*
12 *Feudum 25. annis maior poteſt dare.*

I. ARticulus, vt vigintiquinque annis maior ſub cura amplius non fit. Nicol. Vigel. *Meth. iur. ciuil. lib. 5. c. 4. q. 2. except. 34.* 1

II. Articulus, vt quis poſt 25. annum ætatis ea, quæ in minori ætate geſſit, ratihabere poſſit. *l. 2. ſi maior fact. rat. hab.* 2

Exemplum vide *l. 1. C. eod. & l. vlt. C. ſi maior. fact. alien. rat. hab.* 3

III. Articulus, vt maior intra quadriennium poſt 25. annum completum in integrum reſtitutionem petere poſſit. *l. nam poſtea. 9. §. ſi maior. in fin. ff. de iureiurando. & l. vlt. C. de temp. in integ reſtit.* 4

Limitatur primo in integrum propter calculi errorem reſtitutione: ea enim poſt 20. annos peti poteſt. *l. calculi. 8. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinent.* 5

Sublimitatur in Reip. non recte computatis rationibus: illæ enim aduerſus adminiſtratorem, vltra vicennium, aduerſus hæredem vltra decennium retractari nequeunt. *l. in omnibus. 13. in fin. ff. de diuerſ. temp. præſcript.* 6

Limitatur ſecundo in minoris veniam ætatis conſecuti in integrum reſtitutione: in ea enim tale quadriennium ex eo tempore, quo veniæ conceſſio fuit inſinuata, currere incipit. *l. ea quæ. 5. in prin. C. d. t. de temp. in integ. reſt.* vide *ſupr. memb. prox. art. 8.* 7

8 Limitatur tertio, ſi propter aliquam cauſam, ex qua in integrum reſtitutio decerni ſolet, ipſa intra quadriennium petita non ſit, *d.l.vlt. verſ.& quemadmodum omnis l.1.cum trib.ll.ſeqq.C.eod.*

9 Limitatur quarto in ignorante, cui eiuſmodi quadriennium non currit: eo, quod illud tempus ſit vtile, & demum à tempore ſcientiæ currat. And.Gail.*lib.2.obſ.*48.*n.*5.

10 Plures limitationes vide Nicol. Vigel. *Meth.iur.ciuil lib.vlt.c* 4.*q.*12. *cum cap.ſeq.q.*7.*& reſponſ.iur.cent.*2.*cauſ.*69.

11 IV. Articulus, vt 25. annis maior poſſit dotem conſtituere. *l.ſi dotare* 12.*& l.vlt.in fi.C.ad S.C Vell.* Accedit Georg. Obrecht.*diſp.de patrim. mulier.theſ.*59. Vide Nicol. Vigel. *Meth.iur.ciuil lib.*4.*cap.*11.*quaeſt.*1. *except.*3.

12 V. Articulus, vt 25. annis maior feudum dare poſſit. *c ſœminam.& ibid.Frid.Schenck. per quos fiat inueſt.in vſib.feud.* Zaſ.*part* 5.*n.*33. Georg. Obrecht.*diſp.feud.tert.c.*1.*theſ.*15.*& theſ.*129 *cum ſeqq.* Hen.à Roſenthal. *Synop.iur.feud.c.*3.*conc.*3.*& concl.*7.*cum concl.ſeq.* Ioh.Schöner.*diſp.feud.lib.*1.*diſp.*2.*theſ.*20. Hen.Bocer.*diſp claſ.*4.*diſp.*12.*theſ.*26.*cum ſeqq.* Herm. Vult.*de feud lib.*1.*c.*3.*n* 6.*& n.*9. Pet.Gregor.*Syntag iur.vniuerſ.lib.*6.*c.*7. *n.*3. Orthol.Foman.*feud.diſp.*2.*theſ.*1. Vide *ſupr.memb prox.art.*7.

## IV. Membr. de iure, quod in ſenectutem cadit.

### SVMMARIA.

1 *Senectutem vt adipiſcantur, omnes optant, adeptam accuſant.*
2 *Senſim & ſine ſenſu ſeneſcimus.* & n 3.
4 *Peritiores vetuſtas facit.*
*Senioribus propinquis licet minorum errores corrigere.* ibid.
5 *Vt in ætatibus autoritatem ſenectus, ſic in exemplis antiquitas habet.* & n.6.
7 *Senectus ſemper venerabilis habita.*
8 *Senes maxime ad Reip. conſilium eligi debent.*
9 *Cicero de ſenibus.*
10 *Mas* 60. *Fœmina* 50. *annis maior à contrahendo matrimonio non excluditur.*
11 *Exemplum.*
12 *In omnibus fere pœnalibus iudiciis cum ſenibus mitius agitur,*
13 *Senes honeſtiores ob terminum motum in breuius tempus, quam iuniores, relegantur.*

14 *Senum tortura prohibita.*
15 *Senes à teſtamenti factione non arcentur.*
16 *Senis donatio valet.*
17 *Senium à muneribus, non etiam ab honoribus excuſat.* & n.18.19.
20 *Teſtes ob ſenectutem ad perpetuam rei memoriam recipiuntur.*
21 *Inertia ſenectæ non imputatur.*
22 *Senum in antiquis teſtimonium requiritur.*
23 *60 annis maior adoptare poteſt.*
24 *In ſenibus præſumitur prudentia.*
25 *De ſenectute, remißiue.*

SENECTVTEM vt adipiſcantur, omnes optant, eandem accuſant 1
adeptam. Cic.*de ſenectut.*

Senſim autem, & ſine ſenſu ſeneſcit ætas. Cic.*de Orat.* 2

Et Poëta canit: 3

*Tempora labuntur, tacitiſq; ſeneſcimus annis,*
*Et fugiunt freno non remorante dies.*

Ouid. *6. Faſt.*

I. Articulus, quod peritiores vetuſtas faciat. Cic.*pro Dom.* Vnde 4
ſenioribus propinquis licitum eſt minorum errores corrigere, *l.vnic. C.de emendat propinquor.* Vide Hug. Donell.*com.iur.ciuil.lib.3.cap.vlt.*

II. Articulus, quod vt in ætatibus autoritatem ſenectus, ſic in ex- 5
emplis Antiquitas habeat. Cic.*de Orat.*

Apex etenim ſenectutis eſt autoritas. Cic.*de Senectut.* 6

Et Calliſtratus IC. ſcribit: Semper in ciuitate noſtra ſenectus ve- 7
nerabilis fuit. Namque maiores noſtri pene eundem honorem ſenibus, quem magiſtratibus tribuebant *l.ſemper.5.ff.de iur.immunitat.* Item Syr. dicit: *Ne ſpernas hominem in ſua ſenectute: etenim ex nobis ſeneſcunt. cap. 8. verſ.7.* Imo coram cano capite conſurgere, & honorare perſonam ſenis, Dominus Deus mandat, *Leuit.19.verſ.32.* Vide A.Gell.*lib.2.c.15.* Ioan. Althuſ.*ciuil.conuerſ.lib.2.cap.1.§.ſenectus.*

III. Articulus, quod ſenes inprimis propter experientiam & au- 8
toritatem, ſapientiamque in conſilium Reip. eligi debeant. Pet. Gregor.*Syntag.iur.vniuerſ.lib.15.cap.21.n.3.cum quatuor num.ſeqq. & lib. 47. cap.9.n.18.cum ſeqq.* item *de Rep.lib.24.cap.6.* Melch. Iun.*polit.part.1.q.14. item part.3.quæſt.81.§.ætatis.* Iuſt. Lipſ.*polit.lib.3.cap.4.* Vide *infr.1.art.7.*

Et Cicer. ait: *Eſt igitur adoleſcentis maiores natu reuereri, ex hiſq; eligere* 9
*optimos & probatiſſimos, quorum conſilio atque autoritate nitatur: ineuntis*

*enim ætatis inſcitia ſenum conſtituenda & regenda prudentia eſt. Maximè autem hæc ætas à libidinibus arcenda eſt, exercendaq; in labore, patientiaq; & animi, & corporis, vt eorum & in bellicis, & ciuilibus officiis vigeat induſtria, atque etiam cum relaxare animos, & dare ſe iucunditati volent, caueant intemperantiam, meminerint verecundiæ: quod erit facilius, ſi eiuſmodi quoque rebus maiores natu intereſſe velint. Senibus autem labores corporis ſunt minuendi, exercitationes animi etiam augendæ videntur: danda vero opera, vt amicos & iuuentutem, & maxime Remp. conſilio & prudentia quamplurimum adiuuent: nihil autem magis cauendum eſt ſenectuti, quàm ne languori deſidiæve ſe dedat: luxuria vero cum omni ætati turpis, tum ſenectuti turpiſſima eſt: ſin autem & libidinum intemperantia acceſſerit, duplex malum eſt, quod & ipſa ſenectus concipit dedecus, & facit adoleſcentium impudentiorem intemperantiam. Offic. lib. 1.*

10 IV. Articulus, quod mas 60. fœmina 50. annis ſenior ad ineundum matrimonium admittatur, *ſupr. lib. 2. n. 9. & lib. 1 n. 7.*

11 Abiſaga Sunamitis puella formoſiſſima ex omnibus Iſraelitis electa fuit, quæ Regem Dauidem iam ſenio confectum, neq; veſtium iniectu caleſcentem, ſuo complexu foueret, 3. *Reg.* 1. Pet. Greg. *d. Syntag. iur vniuerſ. lib. 9. cap. 25. n. 17. & lib. 28. c. 10. n. 8.*

12 V. Articulus, quod in omnibus fere pœnalibus iudiciis mitius cum ſenibus agatur. *ſupr. h. part. memb. 1. art. 25. n. 78.*

13 Vnde ſenes, ſi ſplendidiores perſonæ ſint, ob terminum motum in breuius tempus, quam iuniores, relegantur, *l. 2. § nam ſi. ff. de term. mot.*

14 Senes etiam decrepitæ ætatis torqueri prohibentur. Pet. Gregor *d. Syntag. iur vniuerſ. lib. 47. cap. 12. num. 28.* Nicol. Vigel. *Meth. iur. controuerſ. lib. 1. c. 10. reg. 23. except. 4.*

15 VI. Articulus, quod ſenex teſtamentum poſſit facere, *l ſenium. 3. C. qui teſtam. fac. poſſ.* vide Nic. Reuſner. *tract. de teſtam. part. 2. cap 7.*

16 VII. Articulus, quod ſenex donare poſſit, *l. ſenectus. 16. C. de donat.* Reinh. *Diff. iur. ciuil & Saxon. part. 1. diff. 2.*

17 VIII. Articulus, quod ſenium à munere, quod labore & corpore impletur, non etiam ab honoribus, qui conſilio peraguntur, excuſet: corporis enim debilitas eorum munerum, quæ tantum corpore ſunt implenda, præſtat excuſationem. Cæterum, quæ conſilio prudentis viri vel patrimonio ſufficientis in honores obiri poſſunt, non niſi certis receptisque cauſis remittuntur. *l. 2. § corporis. ff. de vacat. & excuſat. mun.* Accedit Pet. Greg. *d. Syntag. iur vniuerſ lib. 18. cap. 12. n. 30.*

18 Vnde numerus 70 annorum ab honoribus, aut his cohærenti-

bus muneribus excuſationem non præſtat: ſed duntaxat ciuilibus muneribus, *d l.2.§.numerus & l.3.§ quamuis.ibi: ideoq; à muneribus ciuilibus excuſetur.* Vide *infr.lib.ſeq.part.1 art.3 exempl.5.*

Quem igitur ita ſenio & corporis imbecillitate vexari præſes animaduerterit, vt muneri præferendæ pecuniæ non ſufficiat, dimittat, & alium conſtituat, *d l.2 § quem ita.* 19

IX. Articulus, quod propter ſenectutem teſtes ad perpetuam rei memoriam recipi poſſint. And.Gail *lib.1.obſ.92.& obſ.102 nu.9.verſ.ex eodem.* Vide Nic.Vigel *Meth.iur controuerſ.lib.2 cap.13.reg.9* 20

X. Articulus, quod ſenectuti inertia non imputetur: quia laboribus idonea non eſt. Pet.Greg.*d Syntag.iur vniuerſ.lib 15.c.28.n 27.* 21

XI. Articulus, quod ſenes in antiquis teſtes requirantur. Andr. Gail *lib.2.obſ.66.n.9.* 22

XII. Articulus, quod 60.annis maiori facultas adoptandi permittatur, *l ſi paterſam.15.§ vlt.ff de adopt.* 23

XIII. Articulus, quod prudentia in ſenibus præſumatur. Weſenb *com.Digeſt.tit.de probat. & præſumpt.num.15.* Iac.Menoch.*præſumpt. lib 6 præſumpt.47.* 24

De ſenectute, vide Eccleſ.*cap.vlt.* Ariſt. Cic. Lucian. Samoſaten. Hen.Aurbach M.Othon.Korber.*reſolut quæſt 138.de moleſt ſenect.* Cardinal.Paleot Pet.Greg.*Syntag iur.vniuerſ.lib.15 cap.28.num 26.* Theod. Zwing.*Theat.vit hum.vol 18.lib.4.& vol.ſeq.lib.2.* & Mor.Philoſ.Poet. *lib.2 cap.2.memb ſenectus.* Iſidor.*Orig.lib.11.cap.1.* Ioh.Althuſ.*d.cap.1.§.naturam.* Hen.Salmuth *innot. ad Guid.Pancirol. rer.memor. lib.2.tit.10.fol.(mihi)* 539. 25

## PARS III.

### De iure vtrique homini ſexuiue poſt vitam competenti.

POST vitam hominis competens ius eſt duplex: vnum eiuſdem morte finitur: alterum non: de quo vtroque cum Sebaſt.Medic. *tract.mors om.fol.part.2 cum ſeq.* tractarit, operæ pretium eſſe non ducimus, hic alterutrius repetitionem inſtituere, ſed eo ſtudioſum Lectorem remittimus.

## LIB. V.

# DE MASCVLEO IVRE.

## *PROLEGOMENA.*

1 ANTECEDENTI libro adſeruimus, hominis ius aut commune, aut ſpeciale eſſe: illudque mari aut fœminæ competere. De illo cum ibidem ſit actum, nunc hoc adgredientes iſto in lib. de iure maſculo competenti ſumus tractaturi.

2 Reg. gen. Maſculinum ius in multis articulis fœminino melius aut deterius eſt, *l. in multis. 9. cum gl. Ioh. Coraſ. Oldendorp. & Frider. Pruckman. ff. de ſtat. hom.* Pet. Gregor. *Syntag iur. vniuerſ. lib. 7. cap. 2. n. 3.* De illo hoc *lib.* de iſthoc *lib. ſeq.* agemus.

3 Præmiſſo tamen, quod regulariter in legis diſpoſitione inter maſculum & fœminam nulla ſit differentia: ſed in eadem diſpoſitum tam de hac, quam de illo intelligatur. Phil. Dec. *in l. 2. n. 86.* & Martin. Benckendorff. *1. memb. 2. part. art. 1. n. 1. ff. de reg. iur.*

### PARS I.

### De meliori maſculi iure.

### SVMMARIA.

1 *Dignitas maior in virili, quam fœminino ſexu.*
2 *Maſculinus ſexus fœmininum continet.*
3 *Maſculus ad omnia officia ciuilia aut publica adhibetur.*
4 *Mas iudex eſſe poteſt.*
5 *Iudicare, munus publicum.*
6 *Limitatio in impubere.*
7 *Sublimitatio in 18. annis maiore.*
8 *Secus iure Can.*
9 *Maſculus magiſtratum gerere poteſt.*
10 *Limitatio in minore.*
11 *Poſtulare & procurare maſculus poteſt.*
12 *Limitatio in 17 annorum minore.*
13 *Sublimitatio.*
14 *Prœliis interuenire maſculus poteſt.*

15 *Maſculus 25. annis maior tutelam & curam poteſt ſubire.*
16 *Maior 70. annis à tutela & cura excuſationem habet.*
17 *Arbitrari mas poteſt.*
18 *Dignitas à maſculo fœmina tribuitur.*
19 *Vir caput & dominus mulieris.*
20 *In deponendis teſtamenti tabulis maſculus fœmina anteponitur.*
21 *Accuſatio adulterij marito competit.*
22 *Maritus vxori iniuria illata iniuriarum agit.*
23 *Pater poſthumum hæredem inſtituit.*
24 *Pater liberis impuberibus pupillariter ſubſtituit.*
25 *Maſculus adoptare poteſt.*
26 *Maſculus teſtamento teſtis adhibetur.*
27 *Maſculo publica accuſatio competit.*
28 *Fiſco maſculus deferre poteſt.*
29 *Actionem popularem maſculus intentare valet.*
30 *Patria poteſtas maſculo conceditur.*
31 *Pater filio tam inſtituto, quam exhæredato tutorem dat.*
32 *Defunctam vxorem lugere maritus non cogitur.*
33 *Maritus poſt vxorem mortuus præſumitur.*
34 *Maritus ſuo foro gaudet.*
35 *Pater hæredes ſuos habet.*
36 *Vir officio argentarij fungi poteſt.*
37 *Legitime natus patrem ſequitur.*
38 *Familiam maſculus ampliat.*
39 *In feudalibus cauſis maſculus teſtis adhibetur.*
40 *Patri naturales liberos legitimare licet.*
41 *Vir publice docere audet.*
42 *Maſculus baptiſandi poteſtatem habet.*
43 *Mas ante fœminam naſci præſumitur.*
44 *Pater facultatem liberos in caſu inopiæ vendendi habet.*

I. ARTICVLVS, quod maior dignitas in virili, quam fœmineo ſexu ſit: adeo vt vir fœminæ in maiori etiam conſtitutæ dignitate præferri poſſit, *l.1.ff.de ſenat.* Accedit Spec.*lib.1.part.3, de procur.* §.1. *num.2. ibi: 22. in denuntiatione & honoris aſſumtione.* Io.Oldendorp.*in l.in multis.9 art.15.* & Frid.Pruckman.1.*part.prin memb.3.art.23.n.4.ff.de ſtat. hom.*Pet.Greg.*Syntag iur.vniuerſ.lib.7.c.2 n.3.& lib.11.c.4 n.5.*Greg.Rolbag.*illuſt.certam.maſcul.fœm aciei viril.c.5.n.1.* vide 1 *lib.ſeq.part.2.art.1.* 1

2 II. Articulus, quod maſculinus ſexus fœmininum contineat, *l. qui duos.60.in fi.ff.de leg.3.l.1.l.deteſtatio* 40. *§.ſerui.l.patroni.52.l cognoſcere. 56.§ liberorum.l.filij 48.l quiſquis.116.l.Seruius.122.l.illa verba.163. § pueri.l.liberti.172.l pronuntiatio.195.in princip.ff.de verb.ſignif.* Accedit gl *c.indemnitatibus.45.§.ſed cum eas.de elect.in 6.* Specul.*d num.2.ibi: 35.in ſexus complexione.* Phil.Dec.*in l.2 n.90.cum ſeqq.* Matt.Benckendorff.*2.part. art.memb.1.n.4.ff.de reg iur.*Gregor.Rolbag.*d cap.5 n.2.*Nic.Vigel.*Meth. iur.controuerſ.lib 5.cap.14.verb.filii & verb.quis.& infr.d.part 2.art.2.*

3 III. Articulus, quod maſculus ad omnia officia ciuilia publicave adhiberi poſſit. Argumento à contrario ſumpto, *d l.2.ff.de regul.iur.* Vide *infr.d.part.2 art.3.*

4 Exemplum primum eſt, quod mas iudex eſſe, ſeu iudicare poſſit, *d.l.2.*Accedit Specul.*d.n.2.ibi: primus articulus eſt in iuriſdict.* Vide *infr.d. art.3.n.4.cum n ſeq.*

5 Quippe iudicare munus publicum eſt, *l.quippe.78 ff de iud.*

6 Limitatur in impubere: is enim iudex eſſe nequit, *l.cum prætor.12. §.non autem.ibi: natura.ff.eod concordat.3.q.7.c.1.verſ & impubes.*

7 Sublimitatur in decem & octo annis maiore: is etenim iudex eſſe poteſt, *l.quidam.57.ff.de re iud.*

8 At ſecundum ius canon.20.annis maior iudex eſſe debet: minor enim 20.annis, non, niſi à principe, iudex conſtitui poteſt: niſi partes expreſſe in 18.annis maiorem conſentiant. *c.cum vigeſimum.* 41. *de offic. deleg.*Vide Nicol.Vigel.*Meth.iur.controuerſ.lib.2.cap.2.memb.2.except.1.*

9 Exemplum ſecundum, quod mas magiſtratum poſſit gerere, *d.l. 2.* Accedit Specul.*d.n.2.ibi: 15.in magiſtratus ſuſceptione.*

10 Limitatur in minore: is enim ad Rempublicam adminiſtrandam, vel munera, vel honores ante 25.annum non admittitur, *l.ad Remp.8 in prin ff.de muner.& honor.l.2.in fin.ff de iur.immun.*

11 Exemplum tertium, quod mas procurare & poſtulare poſſit, *d.l. 2.ff.de reg iur.*Accedit Specul *d n.2.ibi: tertius in poſtulatione. & ibi: nonus in procuratione.*

12 Limitatur in ſeptendecim annorum minore: is enim poſtulare & procurare nequit.*Inſt qui & quib.ex cauſ.manum.non poſſ § fin in fin.l.1. §.initium. ff. de poſtulando.* Concordat *3.q.7. cap.infames. § nam vt præmiſimus.*

13 Sublimitatur in caſibus, qui proponuntur, *l. in vniuerſis. 11. C.qui dare tutor.& l exigendi.12.in fin.C.de procurat.* Vide Nicol.Vigel.*Meth.iur. Pontif.lib.2.cap.3.quæſt.2.reg.3. & Meth.iur.controuerſ.lib.2.cap 3.memb.1. reg.4.*

*reg.4.& memb.3 reg.4.except.11.* Pet.Heig.*Inſt.qui & quib.ex cauſ.manum. non poſſ §.eadem.l.AElia.n.6.cum quatuor ſeqq.*

Exemplum quartum, quod mas pro alio interuenire, hoc eſt, fideiubere poſsit, *d.l.2 ff.de regul.iur.* Accedit Speculat.*d.num.2.ibi: quintus in interceſsione.* 14

Exemplum quintum, quod mas 25. annis maior tutelam ac curam gerere valeat: quia tutela & cura, etiam ciuile & publicum, item virile officium eſt. *Inſtit.de excuſat.tutor.vel curat.in princip.verſ.nam & tutelam & § item maior.verſ.minores & qui teſt.tut.dar.poſſ.§.furioſus. verſ.vel minores.item de fiduc.tutel.§.fin.l.6.§.Vlpianus.ff d tit.de excuſat.tut.l.tutela. 16.in prin.item §.& ſciendum. ibi: ſed ad liberos virilis ſexus perfectæ ætatis deſcendunt legitimæ. l.vlt ibi: quia id munus maſculorum eſt.ff.de tutel.l.vlt. C.de legit.tutel.nouell.c 118.§.hæc autem.ibi: ſi maſculi & perfectæ ſint ætatis.* Accedit Speculat *d.num.2.ibi: 10.in tutela ſeu curæ ſuſceptione.* Vide *infr.d.art.3. num* 10. 15

Septuagenario autem maior á tutela vel cura excuſatur, *Inſtit.d.§. item maior.l.2.in princip.ff.d.t.de excuſat.tutor. l.maiores.3.ff.de iure immun. l. vnic.C.qui ætat.ſe excuſ.* Vide *ſupr.lib.prox.memb.4.art.8.* 16

Exemplum ſextum, quod mas arbitrari poſsit, *infr.d.art.3.ſpec.8.* 17

IV. Articulus, quod maſculus fœminæ dignitatem tribuat: vxor enim radiis mariti coruſcat, *l.fœminæ.8.verſ fœminis.ff.de ſenator. l.mulieres.*11 *C.de dignitat.* Accedit Pet.Greg.*Syntag.iur vniuerſ.lib.9.cap.4.n.*10. Greg.Rolbag *illuſt.certam.maſculo fœm.aciei viril.c.5.nu* 4 *cum n.ſeq.* Frid. Pruckman.*d.memb.3.art.8.n 5 cum ſeq.item art ſeq.* Vide *inf.lib ſeq.part.2. artic.15.* 18

V. Articulus, quod vir ſit mulieris caput & dominus, 1.*Tim.2.* 33.*q. 5.c.cum caput.in prin.& c.vlt.in fin.* Accedit Spec.*d.n.2. ibi: 32.in capitis relatione.& ibi: 33.in ſubiectione.* Pet.Greg.*d.Syntag.iur.vniuerſ.lib.7.c.2.n.2. & lib.11.c.4.n.2.* Greg.Rolbag.*d.c.5.n.6.* Vide *infr.d.part.2.art.20.* 19

VI. Articulus, quod maſculus fœminæ in deponendis teſtamenti tabulis præferatur, *l.vlt.ff.de fide inſtrum.* Accedit Spec.*d.n.2.ibi: 8.in tabularum depoſitione.* Iohan.Oldendorp.*in l.in multis,9,artic.12.* Frider. Pruckman.*d.memb.3.art 38.ff.de ſtat.hom.* Vide *infr.d.part.2.art.28.* 20

VII. Articulus, quod marito accuſatio adulterii cōpetat, *l. quamuis.30.§.inprimis.C.ad leg.Iul.de adult.* Accedit Specul.*d.n.2.ibi: 21. in adulterii accuſatione.* Frid.Pruckman, *d.1.part.prin.memb.1.art.13.nu.2.* Vide Nicol.Vigel.*Meth.iur.ciuil.lib.1 c.28.q.3.reg 1.& infr.h part.artic.13. item d.part.2.art.10,* 21

22 VIII. Articulus, quod maritus vxori iniuria illata poſſit iniuriarum agere: defendi enim vxores à maritis, non maritos ab vxoribus, æquum eſt. *Inſt. de iniur. § potitur l.1. §. item & § fin. cum l. ſeq. ff. eod item l.2. C. eod.* Accedit Speculat *d.n.2. ibi: 19 in iniuriarum perſecutione.* Vide Nic. Vigel. *Meth. iur. ciuil lib.22 c.12 reg.8. cum reg. ſeq. & 1. d part 2. art.14.*

23 IX. Articulus, quod pater poſthumum hæredem poſſit inſtituere, *l. placet 4. ff. de lib. & poſthum. hæred inſtit.* Vide *ſupr. lib 1 part.10. num.22. cum num. ſeq. & lib. prox. part.2. memb.1 art.4. infr. d part.2 art.22.*

24 X. Articulus, quod pater liberis impuberibus, atque in poteſtate exiſtentibus, pupillariter ſubſtituere queat, *Inſtit. de pupill. ſubſtit. in princip. & ibi Pet. Heig num.3. cum tribus num. ſeqq. l.2. in princip ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Accedit Speculat. *d. num.2. ibi: 16. in facienda filio pupill. ſubſtit.* Petr. Gregor. *Syntagm. iur. vniuerſ. lib.11. cap.8. num. vltim.* Nicol. Vigel. *Meth. iur. ciuil lib.9. cap.12. except.147.* Frid. Pruckman. *d. memb.4. art.2. & infr. d. part.2. art.13.*

25 XI. Articulus, quod maſculus adoptare valeat *infr. d. part.2. art.6.*

26 XII. Articulus, quod maſculus teſtis teſtamento poſſit adhiberi, *infr. d. part.2. art.9.*

27 XIII. Articulus, quod maſculus publice poſſit accuſare, *infr d. part.2. art.10.* Vide *ſupr. h. part. art.7.*

28 XIV. Articulus, quod fiſco maſculus poſſit deferre, *infr. d. part.2. artic.11.*

29 XV. Articulus, quod popularem actionem maſculus queat mouere, *infr. d part.2. art.12.*

30 XVI. Articulus, quod patria poteſtas maſculo ſit, *infr. d. part.2. artic 5.*

31 XVII. Articulus, quod pater filio cùm inſtituto, tum exhæredato tutorem dare poſſit, *infr. d. part.2. art.4.*

32 XVIII. Articulus, quod vir defunctam vxorem lugere non teneatur. *l. vxores 9. ff de his qui not. infam. nouell. c.22. §. ſi vero etiam ibi: quod non obſeruandum & nouell. c.117. §. quin & ſi iuſta verſ. quod nobis.* Vide *ſupr. lib.1. part. vlt n.9 & infr. d. part.2. art.17.*

33 XIX. Articulus, quod maritus poſt vxorem obiiſſe præſumatur, *infr. d. part.2 art.18.*

34 XX. Articulus, quod maritus ſuo gaudeat foro, *inf. d par.2 art.16.*

35 XXI Articulus, quod pater ſuos hæredes habeat, *inf. d part. art.7.*

36 XXII. Articulus, ꝙ vir officio argẽtarii fungi queat, *ĩ. d par 2. ar.8.*

37 XXIII. Articulus, quod patrem legitime natus ſequatur, *ſupr. lib.*

XXIV. Articulus, quod maſculus familiam extendere poſſit. *infr. d.part.2.art.21.* 38

XXV. Articulus, quod in feudalibus cauſis maſculus teſtis eſſe valeat. *ſupr. lib prox. memb.2.art.3. & infr. d.part.2.art 23.* 39

XXVI. Articulus, quod pater naturales liberos ſuos poſſit legitimare. *infr. d.part.2.art.24.* 40

XXVII. Articulus, quod vir publice docere poſſit. *infr. d.part. 2. art.25.* 41

XXVIII. Articulus, quod maſculus poſſit baptizare. *infr. d.part.2. art.26.* 42

XXIX. Articulus, quod mas ante fœminam naſci præſumatur. *infr. d.part.2.art.27.* 43

XXX. Articulus, quod pater liberos ob nimiam egeſtatem victus gratia, vendendi ius habeat. *ſupr. lib.1 part.8.n.18.* 44

## PARS II.

## De deteriori maſculi iure.

### SVMMARIA.

1 *Mas ſerius pubeſcit.*
2 *Mas tardius matrimonium contrahit.*
3 *Teſtamentum tardius facit.*
4 *Veniam ætatis ſerius impetrat.*
5 *Pro debito carceri mancipari poteſt.*
6 *In læſa maieſtatis crimine odioſior.*
7 *Ob metum difficilius excuſatur.*
8 *Propter iuris ignorantiam non excuſatur.*
9 *Illegitimos liberos conditionis ſuæ ſequaces non habet.*
10 *Priuilegium anterioritatis ratione dotis non habet.*

I. ARticulus, quod mas ſerius pubeſcat. *ſupr. lib. 2. n.9. & infr. lib ſeq. part.1.art.1.* 1

II. Articulus, quod mas tardius matrimonium contrahat. *ſupr. lib. prox. part.2. memb.2. art.3. & infr. d.part.1. art.2.* 2

III. Articulus, quod mas tardius teſtamentum condat. *ſupr. d.par. 2. memb 1 art.18 & infr d.part.1.art.3.* 3

IV. Articulus, quod mas ſerius veniam ætatis impetret *ſup. d. memb. 2. art.8. & infr. d.part.1.art.4.* 4

V. Articulus, quod mas pro debito carceri includi poſſit. *ſup. li.1. par. 8. n.27. cum ſeqq. & infr. d.part.1.art.5.* 5

 VI. Ar-

VI. Articulus, quod mas in læſæ maieſtatis crimine odioſior ſit. *infr.d.part.1.art.6.*

VII. Articulus, quod mas ob metum difficilius excuſetur. *infr.d.par.1.art.7.*

VIII. Articulus, quod mas ob ignorantiam iuris non excuſetur. *infr.d part.1.art.8.*

IX. Articulus, quod mas illegitimos liberos conditionis ſuæ imitatores non habeat. *infr.d.part.1.art.10.*

